Ad hec vero. Segnori hic incipit secunda pars huius.l. ⁊ cauete vobis: ⁊ in ea ponetis sic casum. Pater meus pro fratre meo dedit donationem ante nuptias: pro sorore mea dedit doteꝫ: mihi filio suo emancipato donauit aliquid. decessit pater meus: ego emancipatus succedo cum fratre meo ⁊ sorore mea qui erant in potestate patris mei: peto modo ꝙ soror mea doteꝫ suam conferat ⁊ frater meus donationem propter nuptias: ipsi petunt a me ꝙ cõferā purā donationē meam: queriť nũquid tenear conferre? Et certe dicitur ꝙ sic in duobus casibus. Unus casus est quando pater meus hoc dixit vt cõferam fratribus meis. Alius casus est quando peto a sorore mea conferri dotem suam ⁊ a fratre meo donationem ꝓpter nuptias. Tex.ad hec vero: idest iuxta hec que diximus a principio huius.l.vsqꝫ huc dicit imperator iusti.qui fecit.l.istaꝫ. Tex.imposuerit.sub. expresse. Unde no. ꝙ pura ⁊ simplex donatio non confertur. ⁊ hec est regula. Sed ista regula fallit si donator hoc dicat vt cõferatur: vt.s̄. de inoffi.test.l.siqñ §.illud. Item fallit in alio casu qui poniť hic. ⁊ hoc est rõne inequalitatis vitande. nam inequalitas vitanda est: vt.j. de fruc. ⁊ litis ex.l.vlti. ⁊.j.de proxi.sa.scri.l.in sacris li.xij. Sed quidam dicunt hodie hoc corrigi per auť.ex testõ. quam legi.s̄.e.l.j. Sed nos dicimus ꝙ illa auć. itelligitur qñ est donatio ob causam. Sed hic loqmur qñ est simplex ⁊ pura donatio. ⁊ sic hec.l.hodie remanet in suo statu: nec corrigiť per illam auť.ex testõ.vt ibi dixi. Item dicetis hic: ꝙ dicitur ꝙ simplex donatio confertur est ratione inequalitatis vitande. Sed secus esset si pater dedisset pro isto filio donationē propter nuptias vel pro filia dotem: ⁊ ei donasset postea simpliciter ⁊ pure: quia tunc iste filius solam donationem propter nuptias conferret ⁊ non donationem simplicem: quia tunc non emergeret inequalitas. ⁊ hec vã sunt in filio qui est emãcipatus. Si autem pater donat filio qui est in potestate constitutus: tunc seruo distinctionē quaꝫ feci.s̄.e.l. si donatione. q̄ aut donat vt filio aut vt bene merito.

Tunc nemini. In.l.ista dr̄ ꝙ olim cõferebanť profectitia ⁊ aduentitia: nõ castrēsia vel q̄si. sed hodie cõferunť sola ꝓfectitia nõ aduētitia. Et q̄ ẜm Iusti.in aduentitijs proprietas queriť filijs patri vero vsufru. sed vbi est illa constõ? Respon.j. de bo.que li.l.cum oportet. q̄ q̄uis illa sit posterior in ordine: tamen prior fuit in cõpositione. ¶ Dr̄ segnori no. hic ꝙ olim oia conferebanť: exceptis castrensibus vel quasi vt.ff.e.l.j.§.nec castrense. ⁊.s̄.e.l.filie. sed hodie sola profectitia conferuntur. ⁊ conferunt si sunt in potestate sibi adinuicē sola profectitia. Sed emancipati suis conferunt profectitia ⁊ aduentitia que hēbant dum erant in ptãte patris: vt.s̄.e.l.si emancipati dixi. q̄uis quidam dicant corrigi ꝙ sola ꝓfectitia conferantur. sed sui eis emancipatis conferunt sola profectitia vt dixi plene.s̄.e.l.filie.

¶ De testamento militis.

¶ Rubrica ista continuatur ad superiora duobus modis. Et vno modo sic. Dictum est.s̄. de suc. iuris pretorij vt de bono.posses. ⁊ de collationibus que fiunt ab intestato inter bono.posses.nunc de suc. iuris ciuilis videndũ est. Uerum q̄ testamenta militum sunt priuilegiata ⁊ digniora ponit rubricam de testõ militis. Uel potest continuari vno modo sic s̄.titu.proxi. dictum est ꝙ collatio locum habet ab intestato: nunc ex testamento. veruꝫ q̄ ẜm hec tempora in testamento cessat collatio: videamus de testamentis. Et q̄ testamenta alia sunt militum: alia paganoꝝ: ⁊ testamēta militum magis sunt priuilegiata q̄ testamenta paganoꝝ: primo ponit de testamento militis. naꝫ digniora sunt preferenda. Et custodiatis vos hic q̄tuꝫ ad testm̄ militis vt valeat iure militari. Dicimus militem nedum veꝝ militem decoratum cingulo militari: imo omnem hoiem degentē in expeditione lꝫ non militem: q̄ oēs ibi habent priuilegium militare in testamentis: vt.ff.eo.l.j. ⁊.l.vlti.cauetur aperte.

Frater tuus. In.l. ista not. ita casum. Quidam accessit ad iperatorē ⁊ ꝓposuit ei qõnem talem: Dñe impator frater meus miles armate militie.i.qui est in expeditiõe: in bonis paganicis instituit me sibi heredem: ⁊ quēdaꝫ alium in bonis castrensibus cõstituit sibi heredē: filium suũ preterijt: me exheredauit: vel matrē suam p̄terijt. ego institutus in bonis paganicis adiui eius hereditatē: institutus in bonis castrēsibus repudiauit eius hereditatē: nunqd castrēsia bona mihi accrescũt: an deferanť suc.ab intesta. puta filio defuncti militis vel mr̄i eius? Ad qḋ rñdet impator: si frater tuus te heredē instituit in paganicis ⁊ aliũ in castrēsibus te instituendo in bonis paganicis eoipso voluit ꝙ tu sola paganica haberes nõ castrensia. vñ si institutus in castrēsibus repudiauit: nõ accrescit tibi sed successoribus ab inte. puta filio militis p̄terito vel matri eius: nisi te substituisset illi sub. instituto: vel nisi liquido probeť fratrem tuũ velle ꝙ tu habeas etiã castrensia bona. Nam ⁊ volũtas militis testãtis in expeditione pro.l.dꝫ haberi ⁊ seruari. Sed si hoc nesciať.s. vtruꝫ voluisset ad te ptinere bona castrensia: nõ presumiť te substituisse nec te voluisse debere venire ad successiõeꝫ eius ab intest. Tex.frater tuus. fratri interroganti rñdet impator vt pater ex.l.subscriptione. Tex.que in paganico.i. in bonis que hꝫ in pago.i.in domo vel villa ⁊ rure. Nã homines aut sunt milites aut pagani.i.non milites. Et dicunť milites qui sunt in expeditiõe. ⁊ dicunť a militia.i. a duritia. q̄ qui in expeditione est dꝫ pati. q̄ cum sunt in exercitu nõ debent habere culcitraꝫ sub se. nec debent se expoliare: sed debent iacere super tabulã ⁊ tenere gamberias in tibijs si sunt valentes milites: q̄ duritiã debent pati vt.ff.eo.l.j. Uel dicuntur milites: q̄ de mille militibus vel hoibus dꝫ eligi vnus melior: vt.ff.e.l.j. Pagani dicuntur illi hoies qui sunt in pago. idest in villa domi: sic in p̄rimonio vel peculio. Est peculiuꝫ castrense ꝙ queriť in castris vel expeditione. Paganũ est ꝙ queriť in pago.i. villa domi. Tex.heredē fecit.sub. ⁊ aliũ instituit in castrēsibus: vt indicat littera sequens. Tex.petere nõ potes.sub.iure accrescēdi. Tex. adire noluit.sub. vel repudiauit. Tex.ab intestato succedentes.sub.fr̄i tuo: vt est filius p̄teritus vel mater. Tex.veniũt.i.ei succedũt in castrensibus bonis illis. Tex. mõ si in eius loco substitutus nõ es. q̄ si es substitutus coheredi: vocaris iure substõnis. Tex. ⁊ liquido probať.sub. ꝙ probať eoipso ꝙ contra. non probeť. Tex.noluisse.sub eoipso ꝙ instituit te in paganicis ⁊ alium instituit in castrēsibus. Tex.expeditione occupati: vt q̄ erãt in exercitu. Tex.pro iure.i.pro.l. seruať. ¶ Dr̄ segnori hec dicit. Si frater meus miles armate militie.i. qui ē in expeditione in bonis paga.instituit me heredem ⁊c. vt dixi in casu. Unde no. ꝙ siqs miles armate militie istituit fratrem suũ in paganicis sibi heredē ⁊ aliũ in castrēsibus: eoipso probať ꝙ noluit frēm suũ succedere in castrē. ex quo colligiť ꝙ in vno concediť: in alio vetať. Et ad hoc facit.s̄. de procur.l. maritus. ⁊.ff.de iudi.l. cum pretor. ⁊.ff. de fun.instrumē. ⁊ instru.

leg.l.quesitum.§.idem rñ.¶ Item no.ꝙ eoipso ꝙ instituit te fratrem in bonis paganicis: alium in castrensibus. probatur ꝙ noluit te fratrem habere in heredẽ in castrẽ. ⁊ probatur hoc eoipso ꝙ contra. nõ probatur. sic ⁊.ff. de his qui no.infa.l.ij.⁊.ff.eo.l.si duobus.¶ Item not.hic: sicut voluntas solemnis non militis seruatur pro.l.vt in auctẽ.de nup.§.disponat. ita voluntas militis occupati in militia pro.l. seruatur vt hic ⁊.s̃.l.proxi. ¶ Segnori modo ad.l.istã opponitur. hic dicitur ꝙ si miles instituit fratrem in paganicis: ⁊ alium in castren. ꝙ castrensia non accrescunt instituto in paganicis: sed succedunt in illis castren. bonis veniẽtes ab intestato. Sed.l.videtur velle ꝙ ipso iure accrescunt instituto in paga.sicut est in here. ⁊ bono.posses. in quibus est locus iuri accrescendi ipso iure. Unde videtur contra s̃.quãdo per. non pe.pe.acc.l.vna.⁊.j. de cadu.tol.l.vna.§.his itaq;. Ad solutionem quorum contrariorum vos dicetis sic: vbi duo instituũtur in vna hereditate in bonis vni⁹: vt est cum quis non est miles: ⁊ ipse sibi instituit duos heredes: isti duo sunt instituti in vna hereditate in bonis paga. si vnus adijt ⁊ alter repudiat: tunc est locus iuri accrescẽdi ipso iure: vt in dictis.ll.contra.⁊.ff. de acquiren.here. ⁊ iur̃ accrescendi.l.j.ij.⁊.iij. Sed si aliquis est miles: ⁊ habet duplex patrimonium: scilicet paganum ⁊ castrense. ⁊ vnũ instituit in paga.⁊ aliuz in castren.duo videntur institui in diuersis bonis: vt.ff.fami.hercíscun.l.heredes.§.j. ⁊ tunc inter eos nõ est locus iuri accrescẽdi: vt hic.⁊.ff.e.l. si duob⁹. ¶ Sed denuo instatur siue opponitur ad.l. istam sic. Si castrensia applicantur successoribus ab intesta.⁊ non instituto in paga.ergo inuenitur miles decedere pro parte intestatus: ⁊ pro parte testatus: quod ius nostrum non patitur: vt.ff.de regu.iur.l.ius nostrum. Ad solutionem huius contrarij dico ꝙ illud est verum in non milite: quia non miles non potest ab initio pro parte decedere testatus ⁊ pro pte intestatus. Sed in milite fallit: si instituit vnum in castren.⁊ in paga.alium.naz vocantur successores ab intesta.vt filius vel mater. Uel dicat] vnus instituitur in vno: alius in alio: vt insti.de succes.ab intesta.§.non tantuz. ¶ Sed tertio opponitur ad.l.istam.hic dicitur ꝙ bona castrensia veniũt ad successores ab intesta. ⁊ non accrescunt instituto in paga. Sed.l.videtur velle contra. que videtur velle si quis forte est institutus heres in vnius bonis: ꝙ in alijs non sit locus succes.ab intest.vt.j.l.proxi. Ad quod potest dici: si quis instituitur in paga.castrensia non sequuntur paga. vt hic. sed si quis instituitur in castrensibus: paga.sequuntur castrensia vt ibi. Uel dicatis.j.l.proxi.duo erant instituti: ⁊ ambo hereditatem adierunt.hic aũt duo erant instituti: sed vnus adijt hereditatem: alius repudiauit.igitur succes. ab intest. excluduntur: vt.j.l.proxi.vnus instituitur in omnibus bonis.igitur successores ab intesta.excluduntur. Et ad solutionem huius contrarij: ⁊ vt plene liqueat articulus iste: ita distinguetis vt consueui distinguere.cuz miles testatur aut instituit vnum in castren.⁊ alium in paga.aut vnuz instituit in paga.nullum in castren.aut econtra vnuz instituit in cast. nullum in paga. aut instituit vnum in vna re: alium in alia re.aut vnum in vna re: ⁊ nullum alium postea. Primo casu cum vnum instituit in cast.alium in paga.si vterq; adijt: excluduntur successo.ab intesta.vt.j.eo.l.proxi.in fine. Si autem neuter adijt: vel institutus in paga. adijt si institutus in cast.non adijt: locus est successioni ab intestato in eo in quo non est aditum.⁊ sic intelligitur principium huius.l. Si autem instituit vnum tantum in paga.⁊ nullum in cast.vel vnũ in cast.tantum: ⁊ nullum in paga.in alijs in quibus non instituit: locus est succes. ab intesta. nisi alia probetur voluntas testatoris: vt.ff.de mil.tes.l.circa.⁊.l.si miles.§.iul.⁊.j.l. proxi. Si autem vnum instituit in vna re: aliuz in alia re: intelliguntur vniuersales heredes omnium bonoruz: vt.j.de heredi.instit.l.quotiens.§. si duo. Si autem vnum instituit in vna re: ⁊ nulluz in alijs instituit: intelligitur institutus in omnibus bonis: vt.ff.de heredi.insti.l.ij.in fin. Si autẽ instituit vnum in vna vncia: aliuz in duabus: institutus in vna habet tertiaz: institutus in duabus vncijs habet duas partes hereditatis: vt.j.e.l.quãq;.in fi.

Miles. In hac.l. ponuntur duo casus. ¶ Primus est talis. Si miles instituit sibi vnum in castren.bonis tm̃: paganica bona defuncti applicant̃ succedetibus ab intest.puta mr̃i eius militis. ¶ Secũdus casus est talis. si miles instituit sibi heredem vnum in castren. ⁊ in paga.vel vnũ in paga.alium in castren. bona paganica non applicantur succedentibus ab intest. Et ordinabitis ita lr̃am.si miles in testamento suo cõmilitonem suum castrensium tantũmodo bonoꝝ heredẽ instituit: cetera bona eius vt intestati defuncti mater eius iur̃ possidebit;⁊c. ¶ Or segnori videatis summariã expõnem littere. Substituit.sub.in testõ. Tex.ce.bona eius.s.militis. Tex.ꝙ si. Incipit scõs casus. Tex.extraneum scripsit heredẽ.sub.insolidũ in oibus bonis ne ꝯdicat prin.huius.l.⁊.s̃.l.proxi. Uel intelligatis extraneum instituit in paga. cõmilitonem instituit in castren.vt dixi in casu. Tex.bona in testa.s. succes.ab inte. Tex.non iur̃ desideras.sub.o mater. Nec ob.s̃.l.pxi. q; ibi erant duo instituti. institutus in cast.repudiauit. hic aũt erat vnus institutus in oibus bonis. vel hic erant duo instituti ⁊ vterq; adijt. Et no.hic ꝙ põt miles pro parte decedere testatus ⁊ pro pte intestatus: ꝙ ius nr̃m non patitur: vt.ff.de reg. iur.l.ius nr̃m. ꝙ veꝝ est ab initio ⁊ in pagano. sed ex postfacto potest: vt.s̃.de inoffi.test.l.cum duobus.⁊ insti.de hered. institu.§.non tantum. ¶ Sed que est ratio quare eum miles instituit cõmilitonem suum: vr̃ tantum eum instituisse in castrẽ. ⁊ ideo cetera eius bona deferuntur succe.ab inte. Sed si instituit extraneum ⁊ ille adijt hereditatem: cetera eius bona deneganẽ successoribus ab intest. Rñ.ꝙ hec est rõ: q; cũ instituit cõmilitonem in castren.est verisimile ꝙ voluerit habere arma, ⁊ cetera castrensia bona: non tamen alia bona.s. paganica: q; iste cõmilito erat forte quidam de remota prouincia: ⁊ cã solius notitie contracte in castris fecit ei illã gratiam: q; eum in castrẽ.bonis fecit heredẽ: que grã nõ dz trahi ad bona paga. que sunt in pago multuz remoto a castris: q; principale trahit ad se accessorium.

Quãq;. In hac.l.ponitur talis casus. quidam centurio.i. miles qui p̃erat.c.militibus in expeditione cõstitutus fecit testm̃ ⁊ filiaz suã in duabus vncijs fecit heredez: ⁊ vxorẽ in vna vncia fecit sibi heredem: in alijs bonis nõ fecit heredez: qũo vocabitur filia istituta in duabus vncijs? Certe habebit duas partes totius hereditatis: ⁊ vxor instituta in vna vncia habebit tertiam partẽ. ⁊ ita nõ erit locus successioni ab intestato. q; licet milites in testando sint priuilegiati vt possint testari iur̃ solemnitate nõ obseruata: tamen aliqñ eorum testamẽta valent de iure cõi: q; idem est in quolibet priuati testõ: si priuatus instituisset filiã suam in duabus vncijs ⁊ vxorẽ in vna vncia.nam de iure cõi vocabit̃ filia in duabus ptibus hereditatis totius: ⁊ vxor eius vocabit̃ in tertia: q; in tres partes diuisisse vr̃ hereditatem.hoc dicit hec.l. Uidete summariam expõnem littere. Tex.q̃q; mi.te.iur̃.vin. non subijciantur.i. solemnitatibus iuris: q; milites possunt testari vt volunt dũ sunt in militia constituti: vt.j.eo.l.milites.⁊.j. subijcit cum in valeriani quõdam centurionis testõ.iste valerianus erat qui preerat.c.militibus. ⁊ de isto valeriano habetis mentionem s̃. de resti.mili.l.j. Tex. nam.modo ponit exẽplum in terminis. Tex.significauerit.i.in testamento non instituit aliũ heredem. Tex.vt duas hẽat.s.filia. Tex. que sextãtez accepit.i. in duabus vncijs fuit heres instituta: vt insti.de here.insti.§. hereditas. Tex.tertia que.s.vxor ex vncia idest ex vna vncia. Tex.heres instituta. Habetis ergo hic si miles instituit sibi in certis vncijs heredes ⁊ in alijs bonis aliuz non instituit non erit locus succes.ab intesta.⁊ ad hanc.l.facit.ff. de here. insti.l.iul.⁊.l.ex postfacto.

Iruffinus. In.l.ista põitur talis casus. Quidaz miles ruffinus nomine erat vir clarissimus: ⁊ iste erat tribunus laticlauis: ⁊ erat maior.xx.ann.condidit testamentum ⁊ in suo testamento iussit seruos suos esse liberos vel ab herede

herede manumitti: nunquid seruabitur eius volũtas: vt ser/ uis suis competat libertas? Respondeo qđ sic: ex quo erat maior. xx. an. Sed si esset minor: nec subesset iusta cã: quare possent i iudicio manumitti inter viuos: eo casu serui illi nõ erunt liberi: nec tenent eius heredes manumittere eos: vñ non seruabit eius voluntas. Sed si suberat iusta cã: propter quã potuisset illos seruos manumittere in consilio. si iussit eos esse liberos: vel reliquit eis fideicõmissariam libertaté: hoc casu erunt liberi: vel assequent libertatem. Tex. si ruffi/ nus. sub. miles. vt faciat ad tit. istum: qui est in testaméto mi/ litis. Tex. vir clarissimus tribunus. s. preses: vt. s. de episco. ⁊ cleri. l. raptores. Uel dicit vir clarissimus: qui erat clarissi/ me dignitatis. ⁊ hoc modo dicitur illustris ⁊ superillustris. Tex. laticlauis. q2 claue3 proijciebat in hostes ferissimos: vt ita milites currerét: ⁊ fortiter pugnarent ad ea3 recuperan/ dam: qđ officiu3 dederat ei imperator. Tex. ꝙ si minor. s. xx. an. nam lex eliescentia. prohibet minoré. xx. an. manumittere sine cã in ꝯsilio approbata. vt. ff. de ma. vind. l. si minor. Tex. cãm manumittendi te habuit. s. q2 frater vel filius naturalis. Tex. ius lib. cõpetere. i. directu3. dicit Plac. fauore militie. sed in testaméto pagani solã fideicõ. libertaté hébit. S3 vos dicatis fm Jo. ꝙ in vtroq3 casu solam fideicõ. libertaté ha/ bebit. vt. ff. eo. l. si a milite. Tex. ꝯsequens. i. conueniens est. ¶ Or segnori no. hic ꝙ minor. xx. an. nec inter viuos: nec in vltima volũtate potest seruum suum manumittere sine iusta causa. ⁊ multe sunt iuste cause: vt si frater vel filius natura/ lis. Item si collactaneus. quas causas habetis. ff. de manu. vindic. l. si collactaneus. ⁊. l. se. Tamen hec. l. nõ hab3 hodie locum: q2 ex quo minores. xx. an. possunt testari: ⁊ manumit/ tere in testamento: licet inter viuos non: nisi in consilio: vt. j. qui ma. possunt. auc. sed hodie.

Ex testamento. In. l. ista dici tur. Si miles testatur in conflictu: v3 testamétum iure mi litari: siue moriatur in militia: sine domi po/ stea infra annũ. Et adeo valet testamétum: q2 ex eo debent legata ⁊ fideicõ. omnibus quibus relicta sunt. maxime cum inter cetera priuilegia que habent milites istud est precipuũ: vt possint testari: ⁊ quibus velint relinquere: nisi essent relicta personis specialiter a. l. prohibitis. h. d. hec. l. Uidete littera3. ¶ Unde no. qđ testa/ mentu3 militis v3: siue decedat in militia: siue non: dũmodo infra annũ postq̃ fuerit dimissus de militia. post annu3 vero v3 iure cõmuni: non militari. vt. ff. e. l. testaméta eoꝝ. ¶ Ite3 no. ꝙ priuilegiũ militis est: q2 dum miles est in expeditione: põt relinquere filijs natis ex incesto coitu. Meretricé tamé non põt instituere: nec ei legare: q2 nõ debét milites domos insidiari meretricũ. multofortius clerici: qui sunt milites ce/ lestis militie non debét eas visitare: nec eis legare: vt ꝓbat ff. e. l. neq3. §. deportati. ⁊. l. milites. Sic ét ⁊ al's milites ꝓhi/ bent dare focarijs suis. vt. s. de dona. inter virũ ⁊ vxo. l. ij.

In testaméto quidé. Or segnori. h. l. pueris ⁊ tironibus videtur difficilis. sed in veritate difficilis nõ est. ⁊ si casum aduertatis cetera erũt plana. Et hec l. ponit duos casus. Unum in pagano. i. in non milite. Scđm casum ponit in milite armate militie mi/ litante. Et primus casus est talis. Quidam nõ miles habe/ bat duos filios. vnum impuberé minorem. xiiij. an. aliũ ma/ iorem. xiiij. an. fecit testamétum ⁊ in testamento suo ita dixit. duos filios meos mihi instituo heredes: ⁊ eos inuicé substi tuo. ⁊ ita reciprocam siue breuiloquã sub. fecit: nunquid hec substitutio ꝯtinet in se duas pupillares. i. in qualibet ꝑsona vnam vulgaré: ⁊ vnam pupillare3. Ad qđ rñdet imperator: rõne inequalitatis vitãde in qualibet persona ꝯtinet vnam vulgaré. in persona aũt coru3 nõ continet pupillaré. ¶ Se/ cundus casus est qui loquit in testaméto militis. ⁊ est talis. Miles armate militie dũ esset in expeditione habebat domi vxoré suam ⁊ filiã suam impuberé natam ex se ⁊ vxore sua. ⁊ habebat fratré. ⁊ fecit testamétum. ⁊ instituit sibi filia3 ⁊ fra/ trem suos hẽdes. ⁊ dixit vos inuicé substituo. postea mortuo milite in militia: vel intra annũ missionis filia impubes de/ cessit quis ei succedet? vel mater ab intestato: vel frater pa/ tris ex substõne? Certe videtur ꝙ mater ei succedere debeat q2 iste persone erant inequales: q2 substituere poterat filie pupillariter: non autem fratri. ⁊ sic videbatur ꝙ contineret vulgarem. ⁊ non pupillare3 substitutionem. Sed certe dicit imperator: ꝙ priuilegium est militis: ꝙ post aditam heredi/ tatem potest facere heredi directam substitutionem. ⁊ ita si probari potest a fratre testatoris ꝙ mẽs sua fuerit hic ꝙ siue decederet filia in pupillari etate post aditam hereditatem: siue ante aditam hereditatem ꝙ frater vocaretur. Dicendũ est ꝙ frater vocabitur matre filie exclusa. ⁊ hoc ex voluntate defuncti. Tex. in testa. quidem eius qui non mi. fue. vt quia rusticus vel miles non militans: sed stans in pago. i. in vil/ la. Tex. altero cui postq̃ heres extitit. i. post aditam heredi tatem. Tex. ijsdem verbis facta. que est substitutio recipro/ ca vel breuiloqua. vt. ff. de vulga. ⁊ pupilla. sub. l. hoc iure. al's incipit iam hoc iure. Tex. sed cum. Hic incipit secun/ dus casus: qui loquitur in milite militante. Tex. defuncta eius filia. sub. in pupillari etate. Tex. postq̃ heres extitit. ⁊ sic post aditam hereditatem. Tex. institutus erat. scilicet tu frater militis defuncti. Tex. substitutione. sub. reciproca vl' breuiloqua. Tex. ⁊ mater. sub. filie pupille. ⁊ vxo. militis. Tex. tu. scilic3 frater militis defuncti. Tex. substituere. sub. directe. Tex. sed tibi. idest a te. sic. ff. si cert. peta. l. si me ⁊ te. Tex. probandum est. ⁊ probatur eo ipso ꝙ contra. non pro/ batur. ¶ Or segnori in. l. ista not. aut non miles testatur. ⁊ facit reciproca3 vel breuiloquam substitutionem. aut miles testatur. ⁊ facit reciprocã vel breuiloquã substõné. Primo casu cum non miles testatur. ⁊ facit breuiloquam substitu/ tionem vel reciprocam: aut persone sunt equales: aut ine/ quales. Equales sunt si ambo sunt impuberes: vel si ambo puberes. Sunt inequales si vnus pubes: alius impubes. Uideamus igitur de singulis. Quida3 non miles habebat duos filios puberes ⁊ dixit: vos filios meos mihi instituo. ⁊ vos inuicem substituo. ista est breuiloqua substitutio: quia breuioribus verbis fieri non posset. Item reciproca dici/ tur: quia hincinde respicit vtrũq3. vt. ff. de vulg. ⁊ pupi. sub. l. lucius. Et ista breuiloqua siue reciproca substitutio conti/ net in se duas vulgares. scilicet in cuiuslibet filij puberis persona vnam vulgarem. q. d. vos filios meos puberes. sc3 petrum ⁊ martinum instituo. si petrus non erit heres: mar/ tinus frater eius sit heres ⁊ econtra. non autem continet in se pupillares: q2 pupillaris nõ potest fieri puberi: sed vulga ris potest fieri ⁊ puberi ⁊ impuberi: vt insti. de vulg. ⁊ pupi. sub. in prin. ⁊. ff. de vulg. ⁊ pup. sub. l. in pupillari. Si autem ambo erant impuberes: ista breuiloqua siue reciproca sub/ stitutio in cuiuslibet persona continet in se vnam vulgarem ⁊ vnam pupillare3. ⁊ sic cõtinet. iiij. substõnes. hoc casu siue petrus non sit heres vocabit martinus ex vi vulgaris sub/ stitutionis. siue sit heres. ⁊ decedat in pupillari etate: voca/ bitur marti. ex vi pupillaris substitutionis. vt. ff. de vulga. ⁊ pupilla. sub. l. lucius. Si autem inequalitas est in personis: vnus pubes: alter impubes. hic si diceremus ꝙ in vna per/ sona ista reciproca contineret vnam vulgarem. ⁊ vnã pupil/ laré: esset inequalitas inter eos: q2 in persona puberis non potest fieri pupillaris. vñ causa inequalitatis tollẽde solum/ modo ꝯtinet in cuiuslibet ꝑsona vnã vulgaré: in nullius aũt persona pupillaré. ⁊ hoc é qđ vult dicere primus casus hu/ ius. l. ⁊ probat. j. de impu. ⁊ al's sub. l. ij. ⁊. l. q̃uis. Uñ. l. do/ cet ꝙ pater d3 dicere hoc casu: si velit ꝙ ꝯtineat pupillare3 in ꝑsona puberis. talé filiũ meu3 puberé ⁊ impuberem mihi heredé instituo. si impubes non erit mihi heres: vel si erit. ⁊ decesserit in pupillari etate: fratrem eius puberé sibi substi tuo: vt probat. ff. de vulga. ⁊ pup. sub. l. iam hoc iure. Si au/ tem miles testat. ⁊ facit substõnem breuiloquã ⁊ reciproca3 si ambe ꝑsone sunt impuberes. ⁊ dicat vos hẽdes instituo. vos inuicé substituo. idé est qđ in testõ pagani dictũ est. S3 si persone sint inequales: vnus pubes: alius ipubes. vnus in ꝑtãte sua: alter non. q2 ei qui nõ est in ꝑtãte testatoris: nõ potest fieri substõ pupillaris: ét si impubes cẽt. vt. ff. de vul. ⁊ pu. sub. l. j. hic quãdo inequales sunt ꝑsone: ista reciproca

siue breuiloqua substitutio in persona impuberis filij continet vnam vulgarem ꝛ vnam pupillarez. vnde siue iste impubes non sit heres siue sit heres: sed decedit in pupillari etate: vocat̃ substitutus. sed si in persona puberis vel eius qui non erat in potestate: continet solũmodo vulgarem. ꝛ hic est secundus casus huius. l. ¶ Oꝛ segnoꝛi diceret aliquis vestrum: quare aliud in pagano: ꝛ aliud in milite? Respondeo paganus nõ potest aliquem instituere heredem vsq ad certum tempus ꝛ facere ꝙ post certuz tempus desinat esse heres. vnde non miles post aditam hereditatẽ non põt facere heredi directaz substitutionẽ: vt. j. de impu. ꝛ alijs sub. l. post aditam. Sed priuilegiũ militis est: vt si dicat volo ꝙ talis sit mihi heres vsq ad annum: ꝛ post annum desinat esse heres valet sub. vt. j. e. l. certi. ꝛ. ff. eo. l. miles ita. §. miles. igit̃ si põt miles facere directam sub. post aditam hereditatem ex illis verbis dum dicit. vos instituo. vos inuicem substituo. si fuit mens eius ꝙ frater eius vocaretur: impubere filio eius defuncto post aditaz hereditatẽ: vocatur frater militis exclusa matre filij impuberis: vt in secundo casu huius. l. ¶ Oꝛ segnoꝛi ad. l. istam opponit̃. ꝛ videtur ꝙ hec. l. nullum priuilegiuz tribuat militi: qꝛ ista reciproca: vbi est inequalitas personarum in vna persona: cõtinet duas substitutiones: si hoc voluit miles: non aliter. Idem etiam est in pagano: vt. ff. ad trebel. l. sceuola. ꝛ. ff. e. l. h iure. al's incipit. iam h iure. quare dixit. Ubi ꝙ in secũdo casu huius. l. de rigoꝛe iuris vocat̃ mater. sꝫ ex causa fideicõ. tenetur restituere fratri testatoꝛis. ꝛ sic intelligebat. j. de impu. ꝛ alijs sub. l. precibus. Sed certe illa opi. non est bona. qꝛ hec. l. loquitur in testamẽto pagani: vbi non obtinet ista specialitas. qꝛ post aditam hereditatem posset fieri directa substitutio: vnde trahitur ibi ad fideicõ. Et ideo vos dicetis aliter. ꝛ vno modo sic. Hoc plusculum est in milite q̃ꝫ in pagano. In pagano reciproca sub. si ẽ inequalitas personarũ in persona impu. non habet duas substitutiones: nisi expresse probet̃ illud testatoꝛẽ voluisse. sꝫ in milite probatur eoipso ꝙ cõtra. non probatur. Nec ob. qḋ dicit littera ista probandũ: qꝛ dicetis ꝙ probat eoipso ꝙ non probatur cõtra. simile no. s̃. e. l. j. Uel dicatis: in milite presumptio est ꝙ voluerit impuberez esse ligatum duobus casibus ꝛ huic presumptioni statur: nisi contrariuz probetur. Sed si alique presumptiones essent in cõtrariuz: secus eẽt: qꝛ onus probationis transfert̃. vnde qḋ dicit hec littera probandum. est intelligendum: si erant alique presumptiones contra te. ¶ Oꝛ segnoꝛi super. l. ista quero ita. ista substitutio in persona impuberis continet duas substitutiones: in persona puberis continet vnam: vsq ad quod tempus valebit? Respon. vulgaris vsq ad tempus adite hereditatis: vt. j. de impu. ꝛ alijs substi. l. post aditam. vñ ista reciproca in persona filij continet vulgarẽ substitutionẽ ꝛ pupillarem. ꝛ durat vul. vsq ad tempus adite hereditatis. post aditaz hereditatez durat pupillaris vsq ad tẽpus pubertatis. in persona fratris durat vsq ad tempus adite hereditatis: nõ postea: nisi frater esset minoꝛ. xxv. an. ꝛ adijsset: ꝛ postea beneficio restitutiõis abstinuisset. quo casu substitutus vocat̃ ex. l. benignitate: vt. ff. de mino. l. j. ꝛ. l. sed ꝛ si. §. sed quod pap. Et istud sufficiat q̃tum ad materiam huius. l. qꝛ plenius dicemus. j. de impu. ꝛ alijs sub. l. precibus.

Ex his verbis. Segnoꝛi sicut l. superioꝛ notat differentiam inter testamentum militis ꝛ non militis: ita ista. Et ponit hec. l. duos casus. ¶ Primus casus in pagano: ꝛ est talis. Quidam non miles habebat seruum fortunatum nomine. in testamento suo instituit sibi heredez ꝛ dixit. fortunato liberto meo cum esset seruus talez rem do lego: nunquid ex istis verbis assequitur libertatem? Rñ. qḋ non. ¶ Secundus casus est in milite: ꝛ est talis. Miles armate militie ita dixit. fortunato liberto meo talez rem do lego sciens illum esse seruum: nunquid ex istis verbis fortunato tenetur relinquere libertatez? Respondeo ꝙ sic: vnde fortunatus ex istis verbis poterit petere libertatem ꝛ legatum. Tex. fortunato liberto meo. sub. cum ille fortunatus esset seruus non liber. Tex. non põt. sub. nec legatum. Sed quare non? Rñ. qꝛ dñs seruis suis sine libertate legare non põt: vt. j. de le. l. seruus. vñ ista verba fuerunt enũciatiua: non dispositiua: vt. s̃. arb. tu. l. lex que. ꝛ. s̃. cõmunia vtriusq iud. l. possessiones. Tex. ac eniz. Incipit secũdus casus. ¶ Oꝛ segnoꝛi no. verba enũciatiua non militis non seruant̃ pro. l. vt ff. de iuris ꝛ facti igno. l. cũ testamẽtum. ꝛ. l. nõ iccirco. Sed si miles ex certa sciẽtia vocat seruum libertum eo animo vt velit seruum esse liberũ: fauoꝛe militis est ꝙ ille sit liber. ꝛ si aliquid sibi relinquit̃: vtrũq assequit̃ ꝛ libertatẽ ꝛ relictuz: cum voluntas militis in expeditione occupati pro. l. debeat obseruari: vt. s̃. e. l. j. in fi.

Certi iuris. In. l. ista ponit̃ talis casus. Miles armate militie fecit testamẽtuz: ꝛ hoc modo dixit. talez sacerdotẽ instituo mihi heredẽ: ꝛ volo ꝙ sit heres per annuz integrũ a moꝛte mea. ꝛ elapso anno volo qḋ desinat esse heres: ꝛ vxoꝛ mea sit heres post biẽnium. postea volo ꝙ vxoꝛ mea desinat esse heres: ꝛ talis ꝯsanguineus meus sit heres in perpetuum. põt ne tale facere testamẽtum miles? Certe põt. sed paganus tale testamẽtum facere non põt. Tex. posse. qꝛ illḋ est priuilegiũ militis: vt. ff. e. l. in fraudẽ. §. neq. ꝛ. l. miles ita §. miles. Secus est in nõ milite: qꝛ non põt habere heredem tempoꝛalez: vñ a nõ milite non põt dari hereditas ex die vel ad diem sed pure. ꝛ si apponat̃ dies: pro non adiecta habet̃: vt. ff. de here. insti. l. si hereditas.

Sicut. In. l. ista duo dicuntur. Primo dicit̃ si miles sciẽs se hẽre filium: ꝛ instituit extraneos heredes: eoipso videt̃ filium exheredare: ꝛ valet testamẽtum priuilegio militari. Scḋo dicit̃: si miles ignoꝛat se filiũ habere: ꝛ instituit extraneũ: hic non videt̃ filiuz exheredare: vñ tale testm̃ non valet: nec succedit ex testõ institutus sed filius preteritus succedit ab intestato. Tex. adeptam here. sub. qḋ est speciale fauoꝛe militis vt h ꝛ s̃. de inoffi. testa. l. in testamento. ꝛ. ff. de inoffi. testa. l. pap. §. siquis in militia. Tex. sed minime valente. sub. ipso iure. quia illa preteritio non habetur pro exheredatione: ꝛ filius preteritus rumpit testamentũ ipso iure si sit in potestate: vt insti. de exhereda. lib. in princi.

Si cum in vtero. In hac. l. dicit̃. Si miles ignoꝛabat vxoꝛẽ suam pregnantẽ cuz esset: vel ignoꝛabat se filiam habere: qꝛ falso rumoꝛe plato credebat eam moꝛtuã: ꝛ ideo extraneũ sibi instituit heredem. ista ꝑteritio non habet̃ pro exheredatione: vnde filia succedet ab intest. Secundo dicit̃: si sciebat se filiam habere: ꝛ ei reliquit legatum nominãdo eam filiam: eoipso vr̃ eam exhẽdare: nec succedet nec impugnabit testamẽtum. Tex. inscio patre milite. qui ignoꝛauit vxoꝛẽ suam pregnantẽ. Tex. ab eo. s. patre milite. Tex. vel cũ in re. hu. eam. s. filiaz. Tex. fal. ru. pla. ¶ Oꝛ segnoꝛi rumoꝛ est qñ a paucis traxit originez: ꝛ scitur a quo. Sed fama est qñ idẽ dicit̃ a pluribus: ꝛ ignoꝛat̃ a quo traxit originem: vt colligit̃ hic. ꝛ. ff. de here. insti. l. j. ꝛ. ff. de testi. l. iij. §. j. Tex. silẽtiũ. i. preteritionẽ. Tex. nequaq̃. infligit. i. inducit. vnde sub. ista filia poterit patri succedere ab intest. nõ valente ipso iure patris testamẽto. vt. s̃. l. prox. in fi. ¶ Et ita no. ꝙ falsus rumoꝛ excusat. ꝛ ad hoc facit. ff. de acqui. here. l. si is qui mihi. §. iussum. Tex. non instituendo eam heredez. sub. sed instituendo extraneuz sibi heredez. Tex. exheredauit. i. exheredasse videtur. sub. ꝛ hoc casu tenet institutio ꝛ valet testamẽtum fauoꝛe militie: vt. s̃. l. proxi. in prin. ꝛ. s̃. de inoffi. te. l. de testamento.

Captatoꝛias. In hac. l. ponit̃ casus de adulatoribus: quoꝛum stirps bona non est. Et in l. ista dicitur. Dixisti cuidam militi: domine vos non habetis prolem: instituatis me dixit miles instituo te. si placet imperatoꝛi. vel si placet titio. ista ẽ captatoꝛia institutio. que nõ valet. siue fiat a pagano: siue a milite. Tex. captatoꝛias: idest adulatorias;

rias: siue deceptorias. ¶ Or segnori no. in. l. ista q̄ captatoria institutio dicitur quando quis blanditur tibi ⁊ dicit instituo te: si placet imperatori: vel si placet titio. ista institutio non est pura: sed quedam derisio. vnde non valet sicut nec tale legatum: vt. ff. de leg. ij. l. captatorie. Et est verum q̄ non valet: si expressim confertur in arbitrium alterius. sed si tacite cōferatur valet: puta si dicat testator instituo te: si titius ascenderit capitolium. Nam expressa nocent: non expressa non nocent: vt. ff. de conditio. ⁊ demon. l. nonnunq̄. ⁊. ff. de regu. iur. l. expressa. Item valet captatoria institutio in tali casu: puta si testator dicat. instituo te heredē: si instituisti me: vt. ff. de here. insti. l. ille. ⁊. l. illa. ¶ Sed quare non valet captatoria institutio? Rn̄deo q: non dz ius testādi in secretum aliene voluntatis cōferri. Sed fideicō. liber. captatio bene valet: vt. ff. de fideicō. liber. l. fideicōmissaria. Et ex. l. ista colligit ar. cōtra scholares qui rogant ab aliquibus: vt debeāt eis aliquid ꝓmittere. ⁊ ipsi dicunt ꝓmitto si placet tali socio meo. ista promissio nullius est momenti.

In testamēto militis.

In. l. ista dicit: q̄ istud est priuilegiū militis q̄ si miles in testamēto reliquit omnia bona sua: heres nō pōt detrahere falcidiā. verūtamen si miles non erat soluēdo: primo soluendum est es alienum. q̄ soluant legata. Tex. explorati iuris est. ad hoc cōcor. ff. ad. l. fal. l. miles. Nec ob. ff. ad trebel. l. j. §. item filij. Dicunt enim quidam q̄ non cessat quarta trebel. vt ibi. Uel dicatis verius q̄ cessat quarte detractio. sed habet locum vt heres cogatur adire: ⁊ aditam restituere. vt ff. ad trebel. l. j. §. j. Text. tueri te potes: quia non debentur legata siue fideicom. nisi deducto ere alieno: vt. ff. ad trebel. l. j. §. si is qui.

Ex militibus.

Segnori expediret q̄ milites armate militie scirent bene. l. istā: q: multi vituperāt seipsos. Et in. l. ista dicit. Miles erat in expeditione: ⁊ habebat a principe stipendia. iste miles tota die ludebat ad azardum. obligauit dextrariū suū ⁊ arma. his ita obligatis: imperator vel dux exercitus ꝓuocauit milites ad arma. iste miles currebat ad tentoriū imperatoris vel ducis. pro deo dn̄e non habeo arma: ea lusi. ⁊ ita pp tale flagitiū militare fuit de expeditione deiectus: nunqd iste poterit testari: siue erat simplex miles: siue centurio? Rn̄. q̄ de castrēsibus bonis poterit testari: si hoc impetrauerit a principe: sed de bonis paganicis non poterit testari: imo bona illa cōfiscantur. Et vt plene liqueat iste articulus circa. l. istam ita distinguitur. Cum miles delinquit: aut cōmittit crimē cōmune: aut militare. Et dicit crimen cōmune cōmittere: si cōmittat homicidiū: vt q: cōmilitonē in expeditione sine cā occidit. vl' si cōmittat adulteriū: dū est in expeditione. ⁊ hoc casu si dānat de eo crimine: efficit intestabilis: ⁊ omnia bona sua etiā castrēsia publicantur: vt. ff. de. testa. l. eius. ⁊. ff. de ve. mi. suc. l. j. Si aūt cōmittit crimen militare subdistinguit. aut ipse est dānatus ex fide rupta q: iurauerat viriliter stare in expeditione: vt. j. de fabri. ⁊ fugit: vel prodebat principem. hoc casu dānatus de tali crimine similiter efficitur intestabilis: quia confiscantur omnia bona sua: vt in preallega. l. ff. de ve. mi. suc. l. j. ⁊. ij. Si autem ipse est damnatus: quia alienauit arma ⁊ equos: hoc casu bona paganica confiscantur: si decessit ab intestato: vt in. l. nostra. in fi. In castrensibus autem bonis si impetrauit a principe vel a duce exercitus qui damnauit eum: testari poterit: al's non. Et sic intelligitur. l. nostra. ⁊. ff. de iniusto rup. ⁊ irri. testa. fac. l. siquis. §. quotiens. ⁊. ff. de lega. iij. l. siquis. §. j. al's si miles. ⁊. ff. de do. inter virum ⁊ vxo. l. cum hic status. §. miles.

Milites.

Segnori hec. l. bona. l. est ⁊ tribuit militibus magnū priuilegium: ⁊ in ea dicitur. Si miles est in expeditione: vt si est in cōflictu: si deijcitur de equo: ⁊ lancea perforetur latus eius ⁊ sanguis eius rutilat hincinde: ⁊ sentit se vulnus mortale habere. ⁊ ponit digitum in puluere ⁊ scribit de sanguine suo in clypeo vel in ense. talem vxorem meam instituo mihi heredem vel filios meos vel talem meuz cōmilitonem vel quēlibet aliū: valet tale testamētum tanq̄ solēne si vnus est ibi qui hoc videat. ⁊ perinde est ac si factuz essz domi coram septem testibus rogatis. Tex. in expeditione. i. in conflictu constituti: vt indicat lr̄a sequens. secus si non essent in expeditione occupati: q: tunc testarentur iure communi. vt j. e. l. penulti. Tex. meritum. i. vtrum meruer it esse heres vel non. sic ⁊ al's prohibetur quis de merito querere. Nam si alicui conceditur rescriptum aliquod a principe vel dignitas: non est querendum meruit vel non. vt. s̄. de diuer. rescrip. ⁊ prag. sanc. l. sacrilegij. Tex. dignitas sue queratur. q: indistincte succedunt ⁊ valet testamentuz. Tex. gladio. sub. vel digito. Tex. esse oportet. sub. tanq̄ solēne. ¶ Or segnori no. q̄ sunt tria tempora. Unum quando sunt domi milites. ⁊ tunc testantur iure communi solemniter in presentia. vij. testium. al's non valent eorum testamenta. vt. j. e. l. penul. ⁊ insti. e. §. j. ⁊. ff. e. l. diuus. Est ⁊ aliud tempus quando sunt in castris in tentorijs. ⁊ tunc possunt testari iure militari. s. non seruata solemnitate iuris communis: que iure communi seruatur in testamentis. ⁊ valent testamenta eorum etiaz si facta sunt coram duobus vel tribus testibus ⁊ sic loquitur. ff. eod. l. lucius. ⁊. l. diuus. ⁊ instit. eo. §. ij. ⁊ valent ista testamenta si moriantur in expeditione vel. j. annum reuersi: non postea. vt. s̄. e. l. ex testamento. Est ⁊ aliud. s. belli in quo est conflictus ⁊ in actu confligendi. ⁊ tunc valent testamēta eorum si scribunt in clypeo vel in vagina vel in puluere de sanguine rutilanti cum gladio vel digito: vt in hac. l. ibi. vbi dicit. si quē in vagina. dūtamen q̄ miles sic scripserit in clypeo vel in vagina vel in puluere campi probetur per duos testes ad minus: puta per scutiferos duos qui secuti erant eum. ⁊ sic intelligitur. ff. e. l. lucius. sed non oportet q̄ illi testes per quos hec probantur sint rogati a milite: vt videant eum scribere: sicut quando adhibentur in testamento pagani. Nam si non probaretur eum non sic scripsisse: non possz peti hereditas vel legatum ex ea scriptura: quia non deficeret ius sed probatio iuris. vt. ff. de testa. tuto. l. duo sunt titij. Uel potest dici q̄ illa scriptura probatur eoipso q̄ littere inueniuntur scripte in clypeo suo vel in vagina vel in puluere campi vt hic.

Si a fratre.

In. l. ista dicitur. Si patruus meus miles instituit matrez meam sibi heredem ⁊ ipsa adiuit eius hereditatem: licz in testamento militis nō fuerit seruata solemnitas iuris communis: tamen frater matris mee vel ēt filius militis ab intestato non succedet. Tex. fratrem testatoris. sub. alium non institutum. Tex. iur consistit. q: ex quo sciebat se filios habere ⁊ eos nō instituit: videtur eos exheredasse. ⁊ valet testm̄ fauore militie. vt. s̄. e. l. sicut. ⁊. l. si cuz. ⁊ s̄. de inoffi. tes. de testamento.

Scriniarios.

Segnori hec. l. ponit talē casuz. Quādo milites vadūt ad expeditionez: aliqui scriniarij. i. tabelliones sequuntur eos. Itē aliqui apparitores sequunt eos: nūqd isti habebunt priuilegium testādi iure militari? Certe non: licet sint scripti in matriculis militum ⁊ stipendia de publico recipiāt. Tex. scriniarios. idest notarios siue tabelliones. ⁊ istud est vulgare romanorum. Et dicūtur scriniarij: quia custodiunt in scrinijs sua instrumenta. Et est hec. l. contra notarios ⁊ apparitores. i. nuncios communis qui faciunt venire milites coraz magistro militum. Tex. decernimus. nō est eis permissum testari iure militari sed iure communi. ¶ Or segnori hec. l. habet vnum contra. vnde vt tollatis illud: dicatis. Si tabellio vel apparitor cā scribendi vel citandi tantum est in expeditione: iste non habz priuilegium testandi iure militari vt hic. Sed si tabellio non tantum exercet officium scribendi vel apparitor officiuz citandi: imo cū opus est armāt se ⁊ sequunt milites. isti tales habēt priuilegium testādi iure mili. ⁊ sic soluit cōtra. ff. e. l. vlti.

NEquidam. In.l.ista ponit talis casus. Quidam erant milites: qui nunq̃ volebant ire ad expeditionem: nunqd isti possunt testari iure mili. Certe non: imo debent solẽniter testari iure cõmuni. Tex. quomodo volũt. i. iure militari. Tex. sancimus. sub. ait iusti. qui fecit. l. istã ꝛ sequẽtem. nam. §. habuistis veteres. ll. aliorũ imperatorũ qui precesserunt iusti. que tribuũt priuilegia militibus. Tamen quidam nõ habent. l. istam ita scriptam: ꝙ sit iusti. Tex. occupati sunt. i. qꝛ sunt in expeditione. Tex. bñficium. ꝛ sic clerici qui degunt in ecclesijs debent habere priuilegia: que cõceduntur clericis non vagabũdis. Et ad hoc accedit. §. de epi. ꝛ cle. l. generaliter. ꝛ §. de testa. mili. l. vlti.

LIcet. Segnori hec. l. sicut ꝛ superior est noua. l. iusti. Et in. l. ista dicitur. filijs potentum hominũ concedunt multa priuilegia. Nam ꝯtingit aliquãdo ꝙ aliqs est impubes: ꝛ est filius magni baronis: ꝛ cingitur cingulo militari: ꝛ efficitur miles. circa hoc ponit casus. Aliqui erant pupilli: propter eorum potentiam effecti sunt milites vel tribuni. ꝛ sunt in expeditione: ꝛ milites sequunt eos propter honorem suum. poterunt ne isti pupilli facere testamẽtum? Certe nõ. non eni cõuenit pupillos tractare secreta sapiẽtũ hominũ: qꝛ cum careant omni discretione: ꝛ forte instituerẽt personas que institui non deberent. h. d. hec. l. ¶ Or segnori no. in. l. ista qd testari est facere id qd faciũt sapiẽtes homines: vñ furiosus non põt testari: vt. j. tit. pxi. l. furiosum. ꝛ insti. qui testã facere possunt. §. furiosi. Item impubes non põt testari: vt. ff. de testa. l. in qua etate. ꝛ. j. ti. px. l. si frater patruelis. Itẽ pdigus non potest testari: vt. ff. de testa. l. is cui bonis.

¶ Qui testamenta facere possunt vel non.

¶ De testamento militis quod fit iure militari. §. dictũ est. Uerũtamen qꝛ non milites interdũ testant: ꝛ expedit scire qui facere possunt testamentũ: ꝛ qui non. ꝛ ideo ponitur hec rubrica. Et si nos sciamus qui nõ possunt facere testamentum: per cõsequens sciemus qui possunt facere testamentũ: qꝛ cõtrariorum eadem est disciplina relatio. ꝛ noticia. ꝛ vno cognito cognoscitur ꝛ reliquũ: vt insti. de tute. in princi. ꝛ. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. j. ¶ Et no. ꝙ sunt. xij. vel. xiij. persone: que nõ possunt cõmuniter facere testamentũ. Sunt ꝛ quedã alie que nõ possunt simpliciter sed cum quadã solemnitate. Ecce impubes nõ potest facere testamentũ: vt. §. titu. proxi. l. vlti. ꝛ. j. e. l. si super. ꝛ. ff. e. l. in qua etate. Item furiosus dum est in furore non potest testari: sed cum habet dilucida interualla sic: vt. j. eo. l. si furiosum. ꝛ institu. e. §. si furiosi. Item filiusfami. de aduentitio vel profectitio peculio: etiam patris voluntate non potest testari: vt. j. e. l. senium. in fi. ꝛ. ff. de mor. causa do. l. tam his. §. j. de castrensi ꝛ quasi potest: vt. j. e. l. vlti. ꝛ. §. de inoffic. testamen. l. vltima. Item prodigus non potest testari: vt. ff. de testamen. l. is cui bonis. ꝛ. l. eius. §. j. Item hereticus non potest testari: vt. §. de heretic. ꝛ maniche. l. manicheos. ꝛ in constitutione federici que incipit. credentes. Item monachi non possunt testari post solemnem ingressum ꝛ professionem factam: vt. §. de sacrosan. eccle. auc. ingressi. nisi inter liberos inter quos possunt diuidere: vt dicitur. §. de sacrosanc. eccle. auc. siqua mulier. Item condemnati de crimine capitali non possunt testari: vt. ff. eo. l. eius. §. j. Item serui: vt. ff. de testamen. l. qui in testamento. §. seruis. Item capti ab hostibus: quia serui hostium sunt: vt. ff. de vulga. ꝛ pupilla. substitu. l. mella. Item obsides dati hostibus: quia succedunt loco captiuorum: vt ff. eod. l. obsides. Item de statu suo dubitantes: vt. ff. eod. l. de statu. Item qui consciuerunt sibi mortem ob metum future pene: vel ob conscientiam delicti: vt. j. eod. l. si is qui te. in fine. Item qui nullo modo audit: vt. j. eod. l. discretis. Item qui contrahit incestas nuptias: vt. §. de incest. nupt. l. siquis. Sed regulariter certi alij facere possunt testamenta.

CUãq̃. Hec. l. dicit duo que tendunt ad vnum. Et primũ est. Accessi ad imperatorẽ: ꝛ corãm eo talem proposui qõnem. Domine impator socer meus ꝛ frater eius erant socij omniũ bonorũ: potuit ne frater soceri facere testamẽtũ de bonis suis? Respondeo ꝙ sic: ꝛ heredẽ poterit sibi instituere quẽ voluerit. Idem est si socer tuus cũ vxore sua habeat indiuisam paternam vel maternã hereditatem. nõ enim pter hoc perdit testamenti factionem in sua parte. Uidebat ꝙ frater soceri mei qui erat cum eo socius omniũ bonorũ non posset testari: qꝛ non videret testari de parte sua: quin testaret de parte socij. Sed non est ita: qꝛ de parte sua dũtaxat poterit testari: vt. §. pro socio. l. cũ societas. ꝛ. ff. pro socio. l. cum duobus. §. idem rñ. Tex. item. Incipit secundũ dictũ. Sed nunquid hoc ipso sunt socij isti fratres omniũ bonorũ ꝙ pater instituit ipsos indiuisa hẽditate? Certe non credo: nisi animo innuisse probetur: vt. ff. e. l. cum duobus. §. si fratres. Preterea societas consensu contrahit. igitur qui cõsensum dicit probet: vt. ff. pro socio. l. plane. ꝛ. l. vt scit. ꝛ facit. §. ti. proxi. l. si donatione. ꝛ. l. vt emancipati.

SI is. In. l. ista dicunt duo. Primo dicitur. Quidam sane mentis erat cum faciebat testamentũ. ꝛ tunc me cũ vxore mea heredẽ instituit. facto testamẽto pp impatiẽtiam doloris vel pp rabiẽ furoris ꝑuenientis occidit seipsum nunqd rũpit testamentũ? Certe nõ: imo valebit testamentũ ꝛ nos erimus eius heredes. Secus tamen si postq̃ me instituit commisit crimen. ꝛ metu future pene occidit seipsum: qꝛ tũc rumpitur testamentum. hoc dicit hec. l. ¶ Uidete lĩam. si is. s. testator. Tex. qui te. interroganti rñdet imperator: vt patet ex. l. subscriptione. Tex. sed aut impatiẽtia doloris: qꝛ dolebat ita in dente vel in aure ꝙ sustinere non poterat. Tex. se precipitẽ dederit. i. occidit seipsũ. Tex. liqdis pbationibus. i. claris. Tex. cõmendari. i. probari põt. qd probat eoipso ꝙ nõ probatur cõtrariũ. ꝛ ita hic probat aliquid eoipso ꝙ cõtrarium non probat. sic ꝛ als. vt. j. de his qui ma. non poss. super seruis. ꝛ. ff. de iure do. l. dotẽ. Quidã tñ dicunt ꝙ non probat hoc eoipso ꝙ cõtrarium non probatur. sed ipsi male dicunt vt dicam. j. de his qui sibi mor. consci. l. j. ꝛ. ij. Text. ascite. i. imposite. Tex. eius iudiciũ. idest eius vltima voluntas. ꝛ sic sumitur. §. de col. l. j. Tex. quid si. Incipit secundũ dictũ. Tex. future pene. vt qꝛ cõmiserat tale crimen de quo debebat decapitari. Tex. suppliciũ ante venit. sub. occidendo seipsum. Tex. eius. s. testatoris. Sed ad hoc vt plene liqueat quid iuris sit. si aliquis sibi consciuit mortem. circa articulum istum volo vobis tradere quattuor regulas. Et hec est vna regula. Si aliquis occidit seipsum ob impatiẽtiam doloris: vel ob verecũdiam eris alieni cõtracti: vel ob rabiem furoris superueniẽtis: non efficit intestabilis. vñ si ante facit testm̃: non rumpit eius testm̃ vt hic. ꝛ. ff. de iure fisci. l. in fraudem. §. neq̃. Est ꝛ alia regula. Si qs occidit seipsum ob cõscientiam delicti priuati: puta fecit furtũ: dolet: ꝛ ideo occidit seipsum: nõ efficit intestabilis. insup bona illius nõ confiscant: vt. ff. de his qui sibi mor. consci. l. vlti. §. j. Est ꝛ tertia regula. Si aliquis cõsciuit sibi mortem ob publicũ crimen: puta pp homicidiũ vel adulterium: iste efficit intestabilis. s. testm̃ eius nõ valet. nõ tamen bona sua cõfiscant: qꝛ crimen extinguit morte: vt. ff. de bo. dã. l. vlti. §. ij. in fi. ꝛ. l. cum ratio. Si aũt cõmisit crimen publicũ de quo post mortẽ põt accusari. ꝛ ideo occidit se: efficitur intestabilis: ꝛ omnia bona sua confiscant: vt. ff. de accu. l. ex iudiciorũ. ꝛ. ff. de bo. dã. l. cum ratio. ꝛ. ff. de iniusto rup. ꝛ irri. testa. l. siqs. §. quotiẽs. ꝛ dicã. j. de bo. e. qui sibi mor. consci. l. j. ꝛ. ij.

SEnium. Hec. l. dicit duo. Primo dicit ꝙ ille qui est in senio vel infirmus: si est sane mentis non prohibetur testari. Secundo dicitur qd filius de profectitio vel aduentitio peculio non potest testari. hoc dicit hec. l. Tex. senium quidem etatis. puta centenarius. concor. §. de tran. l. senium. ꝛ ff. e. l.

ff.e.l.ij. Sicut ⁊ senex potest donare: nec sola senectus est impedimento: vt.j.de dona.l.senectus. Tex.filium. Incipit secundũ dictum. Tex.in potestate.sub.patris. Tex. nõ posse. sub.de peculio profectitio vel aduẽtitio: vt.j.e.l.penul. posset tamen de castrensi vel quasi: vt.j.e.l.vlti. ⁊.s.de inoffi.testa.l.vlti. Item filiusfa. non testatur volũtate patris: vt.ff.e.l. qui in potestate. ⁊ insti.e.in princ. sed patris voluntate causa mortis donare põt: vt.ff.de mor.causa do.l.tam is.§.j. Sed que est ratio? Respõdeo s̃m Jo. ⁊ Azo. qꝛ testari est publici iuris. sed mortis cã donare est priuati iuris. ⁊ ideo põt mitigari: vt.C.de tẽ.ap.l.vl.in fi. ⁊ ius publicum non põt imutari pactis priuatorum: vt.ff.de pactis.l.ius publicum. ⁊.l.pactum inter. Sed hec ratio nõ videt̃ bona: qꝛ quo ad publica bona pertinet: non curat̃ patria potestas: vt.ff.ad treb.l.ꝙ attinet. ⁊.ff.de iudi.l.in priuatis. ⁊.l.cum pretor. si ergo non curatur admittit̃ filius vt quilibet paterfa. Vel põt dici ꝙ hec est rõ qꝛ non fit testamẽtum sine institutione heredis. ⁊ instituere heredem debet pendere ex arbitrio testatoris: non ex alieno arbitrio.ff.de here.insti.l.illa institutio. Sed mortis cã donatio põt fieri sine institutione heredis. ⁊ ideo ita põt donare causa mortis filiusfa. volũtate patris. Sed nec hec vr̃ bona ratio: qꝛ non pendet ex arbitrio alicuius.

Suus heres. In. l. ista ponit̄ talis casus. Filio qui erat in ptāte p̄ris paterna deferebat̄ hereditas ex testamēto. iste credens testm̄ iniustum esse dū hereditatē acquisiuisset: p̄fessus fuit ꝙ a possessore hāc hereditatē nō peteret. ⁊ hoc fec̄it nō animo donādi: sed animo trāsigendi. nūquid si filius iste petat paternam hereditatem: repellit̄ exceptione trāsactionis? Respōdeo ꝙ nō: qꝛ non potuit abstinere ab hereditate quesita. Jtē nō fuit transactio. qꝛ nō fuit aliquid datum retētū vel ꝓmissum. h. d. ista. l. ¶ Uidete summariā expositionē lr̄e. ⁊ exponetis ita lr̄az. Tex. suus heres exceptione pacti. s. facti de nō petendo. Tex. vel pacti. i. trāsactionis. vt indicat finis huius. l. Tex. nō ex causa donationis: qꝛ si quesijsset hereditatē: bene posset alij donare: qꝛ qlibet pōt donare ⁊c. vt. ff. de dona. l. absenti. Tex. hereditatē nisi esset minor: vt. j. l. pxi. Tex. ꝓcedat. vt. s̄. de trāsac. l. trāsactio. Tex. non pōt. hucusqꝫ legit̄ lr̄a suspēsiue. Et ordinat̄ lr̄a sic. Non pōt suus heres exceptione pacti submoueri: qꝛ asseuerās testm̄ iniustū ⁊c. ¶ Unde no. hic. si mihi existēti in ptāte p̄ris defertur paterna successio: ⁊ quesiui eam habens animū gerendi pro herede: ego credēs testm̄ iniustuz ꝓfessus fui in iure ꝙ nō peterē a possessore: non animo donādi: qꝛ nō liceret mihi reuocare si donassem: vt. j. de reuo. do. l. j. sed animo trāsigēdi: nō p̄iudicat mihi vt donatio: quā nolui donare. nec vt pactū gratuitū: qꝛ nolui paciscī grat͠. nec vt trāsactio: qꝛ nō fuit transactio: ex quo nō fuit aliquid datum vel retētum vel ꝓmissum. vt. s̄. de trāsac. l. transactio. Jtem qꝛ nō lꝫ repudiare hereditatem q̄sitaz. ⁊ hic est verus intellectus huius. l. Uel pōt dici ꝙ fui cōfessus per errorē. vnde non preiudicat mihi. vt. s̄. de iure ⁊ fac. igno. l. error.

Sicut maior. In. l. ista dr̄. Sicut si maior repudiat successionem delatā sibi anteq̄ adeat nō pōt postea querere: ita si maior quesiuit hereditatē ⁊ gessit ꝓ herede. ⁊ postea cōfessus est in iure se heredē nō esse: ista cōfessio nō iducit repudiatione: imo ius qd̄ habuit sibi retinet: qꝛ lꝫ cōfessus in iure ꝓ iudicato habeat̄. veꝝ est cum certā quātitatem quis dꝫ ⁊ cōfitet̄. nō tamē hoc casu ꝓ iudicato habet̄. Tex. post. i. postea. Tex. querere. i. adire. Tex. non pōt. ⁊ iō dicit de maiore: qꝛ secus est in minore. vt. ff. de mino. l. ⁊ si sine. §. restitutus. ⁊ istud est veꝝ in maiore q est extraneus heres. vt. s̄. de repu. bo. pos. l. j. secus in suo. vt. j. e. l. fi. Tex. ꝑtinet. ¶ Or segnori: quidā nitunt̄ ꝑuertere intellectū hui⁹ lr̄e ⁊ dicūt ꝙ hr̄ditas pōt repudiari extra iudiciū. ⁊ pōt dicere. nolo esse heres: vel repudio: vel adeo: vt. ff. de acq. here. l. recusare. ⁊ in iudicio. i. corā iudice pōt dicere nolo esse heres vel repudio: qꝛ nō est ꝓhibitū vn̄ ꝓmissum. vt. ff. ex q̄bus cau. ma. l. necnō. §. ꝙ eis. Jtē nec lr̄a ꝯ̄dicit in aliquo: qꝛ dicit hic: sicut si maior repudiauit hereditatē sibi delatā anteq̄ adiret nō pōt adire postea: ita si adiuit amplius non pōt repudiare. Ex hoc sequit̄ istud. adiui hereditatē: adita hereditate cōuenior a creditoribus in iudicio vt heres. ego dico in iure cōfiteor me nō esse heredē. nūquid per istaz cōfessionem videor repudiare hereditatē? Certe non: quia cōfessus in iure habetur pro iudicato: cuz certū quid debeat: vt. j. de cōfes. l. vnica. Sed hec cōfessio in iure facta non iducit repudiationem. ⁊. h. d. l. ista: si bene intelligatis eam.

Pupillorum. In. l. ista dicitur. Si defertur hereditas pupillis: illā hereditatē sine auctoritate tutoꝝ repudiare nō possunt. ⁊ iō si repudiauerūt: nihil nocet eis. h. d. Tex. nihil eis nocet. nā sicut pupilli non querunt sibi hereditatem sine tutore: vt. s̄. ti. pxi. l. si infanti in fi. ita hereditatem sibi delatam sine tutoꝝ auctoritate repudiare non possunt

possunt vt hic. ¶ Sed nunquid pupilli hereditatē sibi delatam cū tutor auctoritate repudiare possunt? Respōdeo q̄ sic. sed si lesi sunt restituunt. vt. ff. de acq. here. l. pupillus.

Si quis suus. Hec. l. est noua. l. dñi Justi. et est leuior hui⁹ ti. Et in. l. ista ponit talis casus. Filius existēs in ptāte patris paternā hereditatē sibi delatā ex testō vel ab intestato repudiauit: postea dicit q̄ vult eā habere: nunquid pōt hoc dicere? Certe iure antiquo poterat quādocunq: si res erāt in eodē statu. i. non erant vendite. Sed Justi. distinguit sic. si filius suus repudiauit paternā hereditatē. si res sunt vendite. hanc hereditatē amplius habere non pōt si erat maior. sed si esset minor: posset restitui. si autē res alienate nō sunt. si filius est maior. xxv. an. adhuc infra trienniū poterit adire iure cōi. qđ est verū si erat maior. si autē erat minor vel infra tēpus quo petit restitutio: hoc casu toto tempore minoris etatis pōt restitui vt hereditatem adeat: et etiam postea adhuc infra triennium poterit adire et suam repudiationē poterit reuocare si res nō sunt alienate. et eo tempore elapso. amplius paternam hereditatem habere non poterit. Tex. recusauerit. i. repudiauerit. Tex. paternam hereditatem. s. primo et semel. Tex. cum fuerat. s. olim. Tex. remanent. i. distracte non sunt. Tex. redire. hoc est antiquitus. Tex. hoc corrigētes. modo ponit nouū eius. Tex. sancimus. sub. ait Justi. Tex. si res. s. hrditarie. Tex. reseruetur. sub. s. filius erat maior. secus si erat minor. et hoc dicit finis huius. l. j. qui refert ad hūc casum: nisi forte adhuc et c. ¶ Et ita no. q̄ si filius suus est maior post repudiationē infra annū poterit adire paternam hereditatem si res alienate non sunt. Et ad idē facit q̄ vbi res alienate sunt q̄ filius admittatur: vt. ff. de iure delibe. l. siquis suus heres. Tex. si autem minor est vel in vtili tempore constitutus. i. tēpore repudiationis. Et hoc est mirum q̄ post. xxv. an. ipso iure subuenitur et non per restitutionem. vt. s̄. de tēpo. in integ. rest. l. ea que. Tex. prestitutū est. sub. hodie: vt. s̄. de tēpo. in integ. resti. l. supuacuam. Tex. quo. s. triennio. Tex. nisi forte. modo refert se ad illum casum quē dixi. Tex. satisfacere. ¶ Ad. l. istam signat contra. hec. l. videt velle q̄ rebus vēditis in minori etate possit restitui. Sed. l. videt velle q̄ non possit restitui rebus venditis in minori etate: vt. ff. de mino. l. si cū minor. §. si eum. al's. §. sceuola noster ait. Ad quod quidam dicunt q̄ hec. l. loquit in suis heredibus: illa in extraneis: sed certe. §. ille videt loqui in suis. Alij dicunt: qđ ibi dicitur: hic corrigitur: quia non est nouum et c. vt. ff. de legi. et se. con. l. non est nouum. Uel potest dici ibi minori conferebatur vt instituto et habebat substitutum. et ipse substitutus sua industria vendidit et satisfecit creditoribus. vnde non debet posse restitui. hic non habebat substitutum.

¶ Quemadmodum testamenta aperiantur.

¶ Quia heredes instituti petunt testamēta aperiri et inspici vt possint videre an hereditas sit lucrosa vel non: vel possint adire vel non: ponit hūc ti. Unde queadmodū testamēta sub. in qbus sunt scripti heredes aperiant vel inspiciant vel describant. i. publicētur videamus. et subijciamus.

Testamētū. Tu fuisti heres institutus in testamēto cōdito in scriptis: mihi fuerūt legata relicta vel fideicō. nunqd potero petere vt illud testamētū aperiat et inspiciatur? Certe sic. Tex. qđ dicis. tu legatarius vel fideicō. Tex. proferat. i. exhibeatur. Tex. competens iudex. Sed quis est competens iudex ad hoc faciendum? Respondeo: magister census: vt. s̄. de testa. l. testamenta. et. l. cōsulta. In prouincijs defensor ciuitatis. vt in auc. de defen. ciui. §. nulla. Sed si est clericus: nullus est competens iudex nisi episcopus. Tex. iubebit: scilicet proposito interdicto queadmodum testamenta aperiantur: qđ locum habet cum heres confitet tabulas testamēti esse apud se. sed si negaret: tenetur interdicto de tab. exhi. vt. ff. e. l. ij. §. vlti. Et est ratio: quia non aliter veritas et c. vt. ff. e. l. j. et. s̄. de transac. l. de his. Et habet locum hec. l. legatarijs petentibus qui volunt scire an possit petere et quantum. sed heres potest petere etiam rei vendi. vt. ff. e. l. ipsi.

Testamenti. In. l. ista ponit talis casus. Iuisti vltra mare cū patre tuo. dū essetis in peregrinatione. pater tuus fecit testamentum in scriptis et tradidit tibi testamētum. et dixit: volo q̄ tu portes in patriam nostram testamentū istud. decessit pater tuus. tu vis forte in loco vbi decessit q̄ aperiatur tabule testamenti vel deportas domum: et statim vis aperire. quid debet fieri querit? Et certe debes adire competentem iudicem et vocare testes qui subscripserunt testamenta si sunt presentes: al's vocabunt idonei viri qui iterum obsignabunt testamentū dum aperiatur. hoc dicit. Tex. testamenti tabulas. facti in scriptis et signati sigillis. vij. testium. Tex. illic. s. in loco illo vbi factum erat testamentum vel in patriā. Tex. insinuent. scz apud magistrum census. vt. s̄. de testa. l. consulta. Tex. per libellum. i. per procuratorem. sic et al's exponitur. ff. de excu. tuto. l. excusare. Uel pōt dici per libellum vt iudex ordinarius alium delegat: vt. ff. de offi. pcon. et le. l. nec quicq̄. §. vbi decretū. Tex. obsignentur. ¶ Unde no. vbi omnes testes sunt presentes qui subscripserunt testamētum: eis presentibus aperiatur testamētum: nec amplius resignetur. Idem si maior pars signatorum est presens. Sed si quidam dicant non cognoscere sigilla sua: reddit suspectum testamentum: non tamen viciatur. Si omnes sunt absentes: cū s̄m antiqua iura heres non poterat adire clausis tabulis: vt. ff. de iuris et fac. igno. l. j. in fi. vocantur idonei viri et subsignant. illi qui absentes sunt non debent aduocari: sed mittitur ad eos vt recognoscant. vt. ff. e. l. si plures. et. l. sed si maior.

Jus quod. Si pater meus fecit testm̄ in scriptis possū postulare q̄ illud aperiat et ispiciat: et legatarij hoc similiter possunt petere. sed cū aperit: debz aperiri sine die et cōsule ne falsitas cōmittat. insup debz aperiri sine ea parte quā testator vetuit aperiri vel que pertinet ad ignominiam alicuius. Tex. preter eam partem. pone pupillarem substitutionem. Tex. vetuit. sub. vel verisimile est vetuisse. vt. ff. e. l. pupillares. Tex. vel ad ignominiam: quia dixit mala verba de aliquo in testamento.

Codicillos. In. l. ista dicitur. Sicut testm̄ factū in scriptis dz aperiri apud cōpetētem iudicem: ita codicilli facti in scriptis vel alia vltima volūtas facta in scriptis sic debz aperiri. Tex. codicillos. s. factos in scriptis: q̄r ita possunt fieri codicilli in scriptis vt testamētum. vt. s̄. de sac. sanc. eccle. l. generali. Tex. seu scripturam. pone donationem causa mortis. Tex. formatā. corā testibus: vt. j. de codicil. l. vlti. Tex. pādunt. i. aperiunt. et iste est planus intellectus quē dixi: vt et. ff. e. l. ij. §. ad testamēta. Pōt tamē intelligi alio modo vt videmus fieri tota die. Aliqs rusticus sentiens se in extremis cōstitutum vocat. vj. vel. v. testes in rure nō est tabellio. et in p̄sentia illorū testat vel codicillat. eo mortuo hodie sunt testes cras nō erūt testes. vocant testes: et iurati deponūt q̄ interfuerūt testamēto vel codicillo: et eorum dicta publicant ad eternam rei memoriam vt hic dicit.

¶ De edicto diui adriani tollendo.

¶ Quia heredes istituti de qbus dcm̄ est. s̄. de iure delibe randi et de acquirenda hereditate: olim petebant et mitti in pos. here. ex edicto diui adriani et illud sit sublatum. et dicit rubrica de edicto diui adriani tol. Et q̄r hodie scriptus heres petit mitti in pos. nō ex edicto diui adriani: sz ex cōstitutione ista: dicit rubrica: et queadmodū heres script⁹ in poss. mittat. Et de pma parte rubrice agit. j. e. l. vlti. in pn. De secūda parte agit in. l. vlti. a primo dicto. l. vsq̄ in fi.

QUam inter. In.l.ista ponit' talis casus. Testator instituit me heredem.et si nollem esse heres te mihi substituit.mortuo testatore peto mitti in poss.reruz que fuerüt testatoris tépore mortis.tu substitut' petis similiter te remitti in pos.rez que fuerunt testatoris tépore mortis.queritur qs prior dz mitti in pos. Respódet ipator q ego istitutus p mo debeo mitti in pos.h.d.Tex.institutuz.sub.primo loco. Tex.et substitutü.s.secúdo loco.Tex.moueatur.sub.ideo qr solus institutus vult mitti in bo.pos.reruz que fuerunt testatoris tépore mortis.substitutus dicit:imo ego primo debeo mitti i pos.Tex.oportet.sub.substituto excluso. Et ex.l.ista colligetis illud magistrale ad qd inducimus.l.istam.lz sup ficialiter intelligens nó intelligeret:tota die dicimus ordinem scripture seruádü.vt.C.de edic.di.adri.tol.l.j.Ná hic est ordo scripture qr primo noiatur institutus.et ideo primo debet mitti in poss.institutus.secúdo substitutus.et ad istud facit.s.de no.C.com.in fi.Aliquádo nó seruamus ordinez. vt.ff.de solu.l.nec enim. ¶ Sed dic mihi que erat ratio dubitationis huius.l. Potest dici q rö erat ista.Dicebat substitutus qui cauillosus erat homo instituto.vis tu mitti in poss.rerum que fuerüt defuncti tépore mortis? dicebat institutus.volo.dicebat substitutus et ego similiter.dicebat institutus.hoc nó potest esse:qr sum institutus pure.tu sub códitione:qr substitutio fit ita:titium mihi heredez instituo.si titius nó erit mihi heres:seiuz substituo.vt.ff.de vulg.et pupil.sub l.j.vnde dicebat institutus.debeo preferri tibi substituto sub códitione:qr ille qui est institutus pure preferť illi qui est substitutus sub códitione.vt.ff.de acqui.here.l.is qui.dicebat substitutus.omnis substitutus est sub códitione institutus.verum est.vnde licet non possim adire iure ciuili.tamen possum petere sm tab.iure pretorio.vt.ff.de bo.poss.l.equissimum.§.defertur.vnde volo petere bo.poss.sm tab.Sed male dicit:qr istud verum est:si alius non precederet eum in gradu.vt.ff.de bo.poss.sm tab.l.ij.§.deferť.Vel ratio erat illa.dicebat substitutus instituto.vis tu solus mitti in poss.dicebat institutus volo.dicebat substitutus.et ego volo similiter mitti in poss.quia testator habebat filium qué preteriuit:ab institutione et a substitutione exheredauit.vñ valet substitutio.vt.ff.de libe.et posthu.l.iij.Sed veruz non dicebat.vnde preferet istitutus substituto.vt hic.in casu tñ mittunť ambo simul.sed non equaliter:vt.ff.de here.insti.l.si pater.in fi.et dixi.s.de here.insti.l.cum proponas.

QUamuis. In.l.ista enumeratur quedam exceptiones que non repellunt heredem petétez se mitti in bono.posses.vbi gratia.Testator scripsit me heredem.peto mitti in bono.posses.defuncti que fuerüt sua tempore mortis.tu possessor obijcis q filius fuisti defuncti.et tu es preteritus vel exheredatus.vel obijcis q testm̃ irrituz est: vel falsum. vel obijcis tu possessor q defunctus nó potuit testari: quia fuit seruus.hic obijciuntur vitia inuisibilia.et ideo nó nocet nisi incótinéti esses paratus pbare vitiü inuisibile.s.q eras filius defuncti et pterit'.Tex.q̃uis qs.s.bonoz possessor. Tex.filiü defuncti.sub.et in potestate cóstitutü.Tex.alleget sub.et ideo dicis testm̃ nó valere.Tex.aut inofficiosuz:qr dicit filiü imeréter exheredatü.Tex.seu alio vitio subiectum idest irritü:puta nimia capitis diminutióe testatoris.Tex. esse dicať.sub.et ideo nó potuisse testari:vt.j.cómu.de suc.l. seruus.Tex.mitti solet.sub.nó obstátibus pdictis exceptionibus.Et vt breuiter aperiá quicquid scripsit hic dñs Azo prolixe:ita dico:si scriptus heres petat se mitti in poss.bo.q fuerüt defuncti tpe mortis.vt heres:et obijciatur a possessore: sum filius defuncti pteritus vel exheredatus.et iõ nó valet testm̃.vel obijcit alias exceptióes de qbus hic dicit.iste exceptiones non ipediunt:quin scriptus heres mittať in bo. pos.qr hic cü dicit ipso iure nullü testm̃:vel irritandum:vel defunctum fuisse seruü:obijciütur vitia inuisibilia.vnde nó timpediüt missioné.Secus si vitia visibilia obijciantur vtputa qr dicat testm̃ cácellatü esse.vt.j.l.pxi.et ibi dicá. ¶ Sed quid erit iste qui obijcit vitia inuisibilia paratus est incótinenti pbare de iure suo:erit ne audiendus? Dixerunt Io. et Azo q sic.si incótinéti vult pbare:al's nó vt hic.Et ad h est argu.ff.ad exhi.l.iij.§.ibidem.et.ff.ad trebel.l.ille a quo. §.j.et.s.de cópen.l.vlti.Quedaz tamen.ll.videntur velle q si incontinéti velit probare aliquá causaz de istis:q nó audiatur.vt.ff.quoz legatoz.l.vlti.in prin.et.s.lo.et con.l.sigs conductionis.Ad qd dicunt quidam in duabus illis.ll.nó erat paratus contradictor in continéti probare de iure suo. vel dicatis vbi paratus est incontinéti probare de iure suo: auditur propter regulam illam.dolo facit qui petit qd redditurus est:vt.ff.de doli.ex.l.dolo. ¶ Fallit tamen in illis casibus in quibus prius restituitur possessio:et de proprietate postea litigatur.vt in prealleg.l.siquis pductionis.et quorum leg.l.j.in prin.et.j.de agrico.et cen.l.si coloni.Quidam tamen intelligunt.l.illam.dolo facit:tm̃ cum agitur petitorio.secus si possessorio.Sed certe.l.illa idistincte loquitur. vnde indistincte eá intelligo.vt.ff.de publi.l.de pcio. ¶ Sz qualiter dicitur incontinenti probare? Respondeo incontinenti.i.attu se tenenti anteq̃ diuertat ad alia.vt.ff.de duo. re.l.duos reos.§.j.et.ff.de verbo.oblig.l.continuus actus. Alij dicunt incontinenti.i.infra triduü.vt.s.de erro.aduo. l.vlti.Verius tamen est vt relinquatur arbitrio iudicis:ex quo non est.l.cautum.vt arg.ff.de iure delib.l.j.in fi. ¶ Sz segnori hic signantur infinita contra.et infinite.ll.videntur dicere oppositum eius quod dicit hec.l.tamen hec contraria tollam vnico verbo.Aut heres mouet possessorium iudicium:duz ipse petit se mitti in bono.posses.defuncti:que fuerunt eius tempore mortis.hic si obijcias testamentum esse ipso iure nullum:vel falsum: vel irritum: non impeditur processus possessorij iudicij:nisi obijciens paratus est incontinenti de iure suo probare vt hic.Sed si moueret petitorium iudicium:quia agit heres petitione here.quia petit heres res hereditarias sibi restitui.ibi si dicatur testamétum falsum vel vitiosum.repellunt agentem a petitorio iudicio.vnde de istis exceptionibus prius est cognoscendum q̃ de petitorio iudicio.vt.ff.de inoffi.testa.l.qd pap.§.si filius et.ff.de peti.here.l.diuus.et.s.de ordi.iudi.l.quoniam.et.s. de peti.heredi.l.liber homo.Et est ratio cur aliud in possessorio:aliud in petitorio.In possessorio iudicio sufficit summatim fieri fidem pro petitore.et ideo non obstantibus exceptionibus predictis procedit missio.vt.ff.ad car.l.iij.§.cause.Sed in petitorio proceditur plene.et ideo non procedit missio:nisi plene cognoscatur de exceptione.vt.s.de ordi. iudi.l.j.et.j.de ordi.cog.l.ij.

EDicto di.a. Hec.l.est optima.et apud italicos valde in vsu.Et est noua.l.Iusti.sm quasdam inscriptiones.et dominus Azo habebat inscriptionem huius.l. in libro suo q erat Iusti.sed omnes fere libri habent inscriptionem q est alexádri.sed in hoc non est vis.Et est sciédum q rubrica nřa hz duas partes.et hec.l.respicit pmam pté rubrice.s.qr tractat de edicto diui adriani tollédo.et respicit scdaz parté rubrice.s.qr tractat quéadmodü scriptus heres in possessionem mittať.Et in.l.ista.v.casus.et.v.dicta continentur principaliter. ¶ Primum dictum est recitatio antiquitatis.Olim ita erat si scriptus heres volebat mitti in posses.boñ.defuncti que erant tempore mortis sue:debebat petere ex edicto diui adria.sed non perpetuo.i.vsq ad.xxx.an.sed infra annum.Item si heres scriptus petebat olim se mitti in bo.posses.defuncti que fuerant sua tempore mortis:necesse habebat dare vigesimam partem hereditatis fisco.Sed quia ista hodie nó habent locum:dicit rubrica de edicto diui adri.tollédo.ná hodie nó petet heres scriptus se mitti in bo.pos.ex edi.di.adri.Ité hodie nó petet infra annum:sed ppetuo.i.vsq ad.xxx.an.Ité hodie scriptus heres si petat se mitti in pos.rez que fuerüt defuncti tépore mortis:nó pstabit fisco vigesimá parté hereditatis.Et hoc est qd dicit pma pars huius.l. ¶ Secúdo in.l.ista ponitur nouü ius.Et in isto dicto dicit.si heres scriptus ex asse vel ex parte in testó facto in scriptis.et signato et sigillato vult mitti in

mitti in pos.bo.defuncti que fuerunt eius tempore mortis: debet hoc petere apud competentem iudicem.⁊ si ostenderit testamentum non vituperatum nõ cancellatũ in aliqua sui parte ⁊ nullus existat cõtradictor: mittetur in possessionem bonorũ defuncti que fuerunt eius tempore mortis:⁊ possessionem accipiet cũ testificatione publicarũ personarum. ¶ Tertio ponit etiã nouum ius. Et in isto tertio dicto dicitur si aliquis petit mitti in poss.bo.ex constitutione ista.si existat aliquis cõtradictor: competẽs iudex dz examinare causam cõtradictionis obiecte ⁊ causam missionis.⁊ habenti potiora iura: illi possessio ascribatur: nullis angustijs tẽporum existentibus: siue missio tarde siue premature petita est. Nam si iusta causa erit quare debeat fieri missio: fiet missio.⁊ hoc ẽ tertiũ dcm huius.l. ¶ Quarto dicit. Si heres scriptus ex toto vel ex parte petit se mitti in bo.pos. que fuerunt defuncti tempore mortis eius siue infra annũ siue post annũ: pcedet missio si petat se mitti in testamẽto solẽniter constito: nisi tñ tẽpus esset elapsũ qd actorem excluderet sup dominio vel omni intẽtione petẽtis. ¶ Quinto ⁊ vltimo dicit. Si heres scriptus in solẽni testamẽto petit se mitti in pos.bo.defuncti: si aliqs vsucepit triẽnio rem defuncti bona fide ⁊ iusto titulo vel prescripsit decẽnio vel mala fide.xxx.annis.⁊ ita tutus est vsucapiõe vel pscriptiõe in illis rebus nõ procedit missio: siue ex altera parte tñ pcedit vsucapio ⁊ pscriptio siue ex vtraq; parte: qr si heres velit agere rei vẽdi.p illis rebus: nõ audiret cũ omnis qstio sit sopita. H dicit h.l.vsq; in fi. Tex.edicto diui adri.⁊c. sancimus. Incipit scdm dictũ. Tex.sinautẽ. Incipit tertium dictum. Tex.siue enim: Incipit quartum dictũ. Tex. si enim. Incipit quintum dictũ ⁊ vltimum. Tex.sopitam. ¶ Or segnori sicut ego dixi hec.l.est optima ⁊ in ea continẽtur.v.dicta principaliter. Et primo ponit ius antiquum: ⁊ illud corrigit ⁊ emendat. Dicetis ergo vt dixi in casu ⁊c. Modo videamus summariã expositionẽ lre. Tex.edicto diui.sub.qd nõ habemus: ⁊ qr plures ambages cõtinebat tollitur. Tex.introductũ est.nã cõtinebat in eo q heres q petebat se mitti in possessionẽ: pstabat vigesimã partẽ hereditatis fisco. Tex.qescente.sub.⁊ ita sublata.⁊ erant tales ambages qr nõ poterat ppetuo missio peti ab herede: sed infra annum vt.j.dicit. Tex.antiquatis.i.correctis vel resecatis. Tex.pmulgata sunt.sub.de missione petẽda non in perpetuum: sed infra annũ. Nam infra annũ ⁊ post annũ põt hodie peti missio sm dictũ Iusti.vel alexandri. Tex.scimus. Incipit scdm dictũ. Tex.ex asse.i.isolidũ. Tex.vel ex parte scilicet dimidia: qr appellatione partis dimidia cõtinet: vt.ff.de verb.sig.l.nomẽ filiarũ.§.portionis. Tex.cõpetẽti iudici. ¶ Sed quis est cõpetens iudex? Respõdeo: ordinarius qui hz cognitionẽ meri ⁊ mixti iperij: nõ autẽ delegatus: qr iubere cauere ⁊ in poss.mittere magis est imperij q̃ iurisditionis: vt.ff.de iur.om.iudi.l.iubere cauere. Nec est cõpetẽs iudex magistratus municipalis: vt.ff.ad muni.l.ea que. Uel potest dici q missio ex primo decreto põt demandari: vt.ff.de offi.e.cui mãd.est iur.l.cognitio in fi.⁊.ff. de iuris.om.iud.l.ij.in fi. Sed missio ex secundo decreto nõ potest demandari: qr est meri imperij. Uel potest dici q cognoscatur de missione facienda vel nõ.⁊ q fiat missio nõ potest demandari.sed bene põt demandari q cognoscatur de missione faciẽda vel nõ. Uel põt dici q est cõpetens iudex ille in cuius territorio sunt res: ⁊ ille mittet in pos.al's non posset mitti actor in poss.qr iudex loci vbi sunt res mittit in poss.⁊ nõ alius: vt.s.vbi de here.agi oportet.l.j.⁊.s.de iud. l.properandũ.§.sinautem.⁊.ff.de bo.auc.iudi.poss.l.cum vnus.§.penul.⁊.ff.de re iudi.l.a diuo pio in prin. Tex.non cancellatum. ¶ Et nota differentiã inter ista verba.cancellare.abolere ⁊ circũducere.⁊ alia quantũ in stricta significatione differunt. Et dicit cãcellare siue cancellatio: quando pẽna ducitur per mediũ littere ad modũ crucis. Unde dicitur q Iob orabat ad deũ cancellatis manibus. Proprie circũducere est: quãdo extra litteras ducta est pẽna in circuitu charte. Proprie est inducere: cũ pẽna ducitur per medias litteras. Abolere pprie dicitur: quando abraditur littera vel abolet ita q legi nõ potest. Proprie viciari dicit quãdo viciatur locus in quo est vis: vt hec probantur.ff.de his que in testa.delen.l.j.⁊.ij.⁊.l.prime.⁊.l.cancellauerat.⁊.s.de testa.l.si vnus. Sed in larga significatione nõ referuntur vt hic. Tex.sed qd prima figura.i.prima facie vel prima fronte. Tex.vallatũ sit.s.vij.⁊ liberi sint: vt.s.de testa.l.hac consultissima in fi.⁊.l.vlti. Tex.fuerunt sub.siue fuerunt sue res: siue periculũ pertinebat ad eum: vt qr cõmodate erãt vt.ff.de peti.here.l.⁊ nõ tñ in pn. Tex.legittimo modo: qd est si allegat se habere titulũ a testatore vel ab alio.vel si alleget se heredẽ in testamẽto posteriori iste. Tex.accipiat: scilicet psente iudice ⁊ psente vno tabulario vel plurib⁹.⁊ simile est vt dixi.s.de iure delib.l.scim⁹. Tex.extiterit.sub. dicens se debere mitti ⁊ non me: cũ sit istitutus in posteriori testamẽto. Tex.ventilẽtur. Et ita siquis petit mitti in pos. bo.defuncti: debet inserere causã missionis sue. Et ita nõ. q actor debet inserere causã in libello suo.⁊ ad hoc est argu.s.de trãsac.vt respõsum. Et quãtitas debz inseri in libello: si petat quãtitas: vt.s.de epi.⁊ cle.auc.generaliter.sic ⁊ res debz inseri in libello si petat res: vt.ff.de rei ven.l.si in rem.⁊ dixi.s.de edẽdo.l.edita actio. Et ad hoc est arg.ff.ad l.iul.de adul.l.denũciasse.§.quid ergo.⁊.s.de ipub.⁊ alijs sub.l.cum pcibus.⁊.j.de apo.pu.l.j. Tex.acquiratur.i.tribuatur. Tex.q missus est.i.mitti postulat: sic ⁊ al's interpositam.i.interponẽdam: vt.s.de le.⁊ con.l.j.⁊.s.de his q no. infa.l.si seuerior: al's si possidoniũ. Tex.nullis angustijs.s. annalibus: qr ista missio nedum peti potest infra annũ: immo post annum.vt.j.dicit.sed si essent alie pscriptiones: impedirent missionem vt in fi.huius.l. Uel dicatis nullis angustijs.s.que non inducãt lõgam prescriptionem vt in quarto dicto huius.l. Tex.missus est: vel iã mitti postulat. Tex. vel cõtradictor exoritur.i.requirit. Tex.curricula aliqs fuerit missus.dũtamen nõ sit sopita questio per prescriptionẽ vt in fi.huius.l. Tex.formato testamẽto.i.solẽniter scripto: nõ cancellato: nõ vituperato. Tex.nullũ ei temporis obijciatur obstaculum.s.q repelleret heredẽ a questione pprietatis: qr si repelleret heredẽ a questione pprietatis.repelleret eum a missione in pos.vt hic annectit. Tex.prestare quia vsucepit vel pscripsit. Tex.omnẽ intẽtionẽ vt qr nõ liceat ei agere rei vẽ.vel peti.here. Tex.ex vna parte.s.tñ. Tex.cãm scz rei ven.vel peti.here. Tex.esse sopitã.i.sublatã. ¶ Anno.in fi.huius.l.vnũ ad qd inducimus.l.istã tota die. Uos debetis scire q alique tẽporales acquisitiones sunt ex vna parte tñ.⁊ sic fauorabiles tñ. Alique sunt ex alia parte tñ ⁊ sunt odiose tñ. Alique sunt ex vtraq;: ⁊ sic fauorabiles ⁊ odiose sunt. ¶ Ex vna parte tñ sunt acquisitiones ⁊ sic fauorabiles: vt est vsucapio triẽnij que est introducta tñ in fauorem illius qui vsucapit.⁊ ne dominia rez sint in incerto: ⁊ vt aliqs sit litium finis: vt insti.de vsucap.in prin.⁊.ff.de vsuc.l.j. ¶ Quedam acquisitiones sunt ex vna parte tñ.⁊ sic odiose tñ: cum quis bona fide ⁊ iusto titulo pscribit.ista est introducta in odiũ non petentis rez suã.vt.j.de anna. excep.l.vt perfectius in fi. ¶ Quedam acqsitiones sunt ex vtraq; parte ⁊ sic fauorabiles ⁊ odiose: sicut est cum quis pscribit rem immobilem bona fide ⁊ iusto titulo.est fauorabilis ex persona illius qui prescribit.est odiosa ex parte non petentis tanto tempore.vnde si heres scriptus passus est pscribi rem mobilem triennio bona fide.⁊ ita ex parte vsucapientis est fauorabilis.vel siluit.xxx.an.quia premisit prescribi mala fide a possessore.⁊ sic est fauorabilis ⁊ odiosa ex vtraq; parte. Uel siluit.x.vel.xx.annis: quia possessor pscribebat bona fide ⁊ iusto titulo.⁊ sic odiosa ex altera parte.vnde quia dormiuit tanto tempore: sicut non audiretur de dominio si peteret: ita si petat fieri missionẽ in re illa nõ audictur.⁊ idem dicit littera ista.si enim ex vna parte ⁊c. ¶ Or segnori anteq̃ ad alia perueniam: colligetis ex principio huius.l.argu.contra officiales prelatorum qui occasione decime vel vigesime partis litis accipiunt pignora.⁊ ad hoc facit extra de vita ⁊ hone.cleri.c.cum ab omni specie. Item ex secundo dicto colligitur argu.q debet presumi pro instrumento: qd est in publicam formam redactum si non est cancellatum vel vituperatum. Et ad hoc est argu.s.de proba.l.cũ precibus. Secus si esset cancellatum:

quis ei non creditur: nisi fides ei imponatur a producente: vt.s.de fide instrumētorū.l.vlti.z.ff.de fide instrumētorum.l.ij. ¶Or segnori circa.l.istā est aliquantulū insistēdum. Uos habetis hic si heres institutus in solēni testamēto ex asse vel pro parte petit missionē fieri in bo.pos.defuncti: si nō est cācellatum vel vituperatū in aliqua sui parte: pcedit missio: si nō extitit cōtradictor. Sed videt contra. qr.l.videt velle q si als sit viciatū vel als cancellatum q nō noceat: vt.s.e.l.pxi. Ad qd pōt dici z responderi sic. quoddam vicium est visibile: quoddā inuisibile. Et est viciū visibile: si testm est cancellatum vel abolitum vel als vituperatū. hoc viciū visibile impedit missionē vt hic. z est ar.ad hoc.ff.de vē.in pos.mit.l.j.§.si ea.z.ff.de car.edic.l.iij.§.centum. Uicium vo inuisibile est: cum dicit falsum: vel cum dicit inofficiosum: vel cum dicitur seruum fuisse testatorē z ita nō potuisse testari. z hoc vicium inuisibile nō impedit missionē vt ibi: qr presumitur tale vicium maliciose opponi: vt.j.ad.l.cor.de fal.l.ij.in fi. nisi opponens offerat se incōtinenti pbaturum: vt dixi in.l. contra.s.l.pxi. ¶Sed denuo opponit z instatur ad finem huius.l. Quomodo ipeditur missio si aliquis vsucepit triēnio res defuncti vel prescripsit? quia dicit hec.l.q principalis causa est sopita.s.petitio hereditatis. Sed videt q hoc sit falsum: quia petitio hereditatis durat vsq ad.xxx.an.vt s.de peti.here.l.hereditatis.z.s.de iure delibe.l.ls. Ad qd ita dicetis. cum qs possidet rē hereditariā sine titulo: petitio heredi: pōt moueri vsq ad.xxx.an.vt ibi: sed si aliqs possidet titulo z bona fide: nō datur petitio hereditatis perpetuo.i.vsq ad.xxx.an. qr regulariter petitio hereditatis non datur cōtra ti.possidētē.vt.s.de peti.here.l.cogi.z.ff.de pe.here.l.generaliter. Uel dicatis secūdo modo sic: aut petitio hereditatis non excedit suos terminos qd est cum nō datur contra titulo possidentem. z tunc non exceditur a suis terminis vt tollatur vsucapione triēnij vt ibi: aut excedit suos terminos: qd est in casibus illis in quibus datur contra titulo possidentem: vt.ff.de peti.here.l.siquis sciens. z tunc exceditur a suis terminis vt tollatur triēnio vt hic. Simile nō. in actione qd me.causa.vt.s.qd me.cā.l.si vi vel me. ¶Or segnori super.l.ista formabo multas qōnes. z quasdam circa litteram: z quasdam extra lram. Hic dicit vbi petit quis mitti in bo.pos.defuncti: si non existit legittimus ptradictor procedit missio: als si extitit legittimus contradictor non pcedit missio. sed quis dicit legittimus contradictor? Et dixit dns Azo in summa huius ti. z bene: q ille dicit legittimus cōtradictor qui ptendit similem causam ptradicendi qz actor mittendi. verbi gratia. dicit actor iudici. domine mittatis me in pos.bo.que fuerunt defuncti tēpore mortis: qr sum scriptus heres insolidum in testamēto nō cancellato nō vituperato nō abolito. z ecce testm. dicit bonus iudex: possidet vel detinet aliquis bona illa? z dicit actor. domine certe sic. dicit iudex faciatis citari possessorē bonorum. citat bo.pos. z venit. dicit iudex. iste petit mitti in pos.bo.que fuerūt tempore mortis talis defuncti. vis tu dicere aliqd. propter qd ipse non debeat mitti in bonorum possessionem? dicit iste possessor bonorum. domine sic: volo dicere z dico q ipe nō debet mitti: sed ego: quia fui scriptus heres in testamēto qd vltimo loco fuit factum. dicit iudex: vbi est illud testamentū? dicit ille domine non habeo: sed talis tabellio fecit. rogo vos q mittatis pro eo. iste pretendit similem causam cōtradictionis z ille missiōis. vñ ille est legittimus ptradictor: q allegat similē causam: qr vterq dicit se heredem insolidum: vel dicit se premittendum ante hunc zc.vt.ff.de iniusto rup. z irri.fac.testamēto.l.j. tunc iudex examinabit causam missionis z contradictionis: z iura vtriusq partis. z quē inuenerit habere potiora iura: mittet eum in possessionē. vt si heres habet potiora iura. mittet eum in possessionem. si contradictor habet potiora iura: retinebit ea bona. z certe hec est bona opi. z sic.ff.de leg.iij.l.si quis in prin. ¶Sed denuo quero hic. z hec questio aliquando contigit in ciuitate ista. Uenit aliquis coram iudice z petit se mitti in pos.bo.alicuius defuncti ex constitutione ista. z ostendit testamentū nō cancellatum. tu qui possides: vel non possides. sed es legittimus contradictor. z dicis. tu non es heres: sed ego. z ostēdis aliud testamentum factum eodem die z eadem hora z coram predictis testibus vel alijs z qlibet in testamento suo est insolidum institutus heres. qs mittet hic in possessionē? Hoc casu dicunt quidā q ambo debent mitti in pos.bo. qr quilibet debz mitti p dimidia ratione huius dubij. vt ar.ff.de re.du.l.qui duos. z ar.ff.de dona.inter virū z vxo.l.cum hic status.§.si ambo. Sed nos dicimus q vterq repellet ratione huius dubij: vt.ff.ad trebel.l.si emi. Et ita determinauit qōnem istam dns Pileus. z pro hoc facit.ff.de acquir.here.l.eum qui duobus. Itē ad hoc est ar.ff.de rei vē.l.pō. in fi. z qr vtrūq falsum presumit. Item z hoc alia rōne zc. vt.ff.de iureiur.l.eum qui.§.vni pro solido. ¶Sed quid si non allegat similem causam cōtradicendi sed aliam: puta dicit heres sum scriptus in testamēto nō cācellato non vituperato. non abolito: peto me mitti in pos.bo.defuncti. dicit possessor bonorum. ego emi istas res. si allegat se emisse a defuncto z sibi traditas ab eo: est legittimus cōtradictor: quia solum debet fieri missio in pos.bo.que erant defuncti tēpore mortis: nō rerum venditarum a se vt hic. z.ff.de peti.here.l.z nō tm. ¶Sed quid si possessor bo. allegat se habere ti.ab herede: qr dicit q heres vendidit sibi z tradidit: est legitimus cōtradictor? Certe sic: quia debz tradi vacua possessio: vt.ff.de act.emp.l.ij.z.l.ex empto.§.idem ait. Et tenet heres de euic. vnde quē de euictiōe tenet actio: ipm agentē repellit exceptio: vt.ff.de euic.l.vendicātem. ¶Sed quid si iste nō allegat similem causam cōtradictionis: nec allegat se habere ti.a defuncto vel ab herede: sed a quodam extraneo: qr dicit bo.possessor. ego emi a quodam puta a titio extraneo: z per traditionem accepi. z ecce instrumētum emptionis. erit ne legittimus ptradictor? Uidetur q nō: qr si non vsucepit vel prescripsit: pcedit missio: als si vsucepit vel prescripsit: nō pcedit missio vt in quarto dicto huius.l. Ecōtra videtur q sic. z ita dixerunt antiqui vt scripsit hic dominus Azo z mouet tali grosso ar. qr incōueniens esset q alicui auferretur sua possessio sine cause cognitione. vt.j.vnde vi l.meminerint.z.j.si per vim vel alio modo.l.vlti. Quare segnori in questione ista ita dico: si quis allegat se habere titulum ab extraneo. siquidem se pretendit habere titulum: qr emit viuo defuncto z possedit cum fundum tempore mortis defuncti: vel nō erat in bonis defuncti tempore mortis ista res: hoc casu erit legittimus contradictor. Si autem contēdit se habere titulū quia emit post mortem defuncti ab extraneo: quantū ad hoc vt legittimus contradictor: quia hic habet ti. audiet. si nō prescripsit precedet missio: als.i.si vsucepit vel prescripsit: nō procedet missio vt hic. Non ob. qd dixerunt antiqui q incōueniens esset zc. sed hoc nō est inconueniens sed equum. Et q sit equum videte. Hec.l. vult q heres scriptus mittatur in possessionē in his rebus que possedit defunctus tempore mortis. sed hic emit ab extraneo. vnde heres est in eo statu in quo erat defunctus. z persona heredis eadem est cum defuncto. vt in auc.de iureiur. a mo.pre.in prin. Preterea si hoc esset q posset heres excludi a rebus defuncti: hac via excluderet a beneficio huius cōstitutionis: qd esse nō debet. vnde vult hec.l.q possideat ea que defunctus tempore mortis habebat. sz ille qui emit ab extraneo non sic: quia primo cognoscitur quis sit possessor. secundo quis potior: vt.ff.vti pos.l.j.§.hic. ¶Sed denuo quero. si nullus existat contradictor. nunquid iste qui petit se mitti in poss.bo.defuncti statim mittetur? Dico q non: immo vocandi sunt fratres z consanguinei defuncti: si qui sunt: vt ar.ff.de adop.l.non ita. z.ff.de natal.re.l.penul. z vlti. z.ff.si cui plus qz per.l.fal.l.j.§.cum dicitur. ¶Sed pone q missus fuit nullis vocatis. nunquid preiudicabit eis vt postea venientes non admittantur? Et certe respondeo non. vt argu.j.vnde vi.l.meminerint.z.j.si per vim vel alio modo.l.vlti. Item videtur esse casus.l.ff.de le.pre.l.filium.§.siquis. ¶Sed denuo quero. pone q iste apprehendit pos. nunquid si postea vadit ad iudicem vt eam confirmet audietur? Uidetur q non: vt insti.de interdictis.§.adipiscende. ibi vbi dicit pro herede. z.ff.de pe.here.l.si a patre vel a domino.§.j. Econtra videtur per diffinitionem bo.poss. que dicit. bonorum posses. est zc.vt.ff.de bo.posses.l.iij.§.bonorum.

§.bonoꝝ. Item pro hoc facit optime.l.ff. ad car.l.iij.§.qui refert. Sed segnori puto ꝙ possit: ⁊ equum videt ꝙ audiat. ⁊ operabit hoc illa confirmatio: vt auctoritate publicarum personarũ mittat: qđ.l.ista videt velle: vt in tertio casu hui⁹ l.in fi. Nec ob.§.ille.parui refert.quia nactus fuit pos.⁊c.

¶ Sed denuo quero quo iure siue qua actiõe petet heres scriptus se mitti in possessioné ⁊ ex hac constõne? Et aduertatis hanc questionem.qꝛ in hoc est vtilitas.vt.j.dicam. Ad qđ dixerunt quidam officio iudicis. nam implorat iudicis officium scriptus heres ꝙ postulat se mitti in possessionem. ⁊.h.d.lra.huius.l.vbi dicit.heres cõpetenti iudici ⁊c. ⁊ ad hoc est arg.ff.de mino.l.si minor.in fi. Alij dicunt ꝙ agitur conditione ex.l.ista. Et hoc dicit dñs Azo in summa huius ti.nam hec.l.noua.l.iusti.est: que obligationem inducit: ⁊ iõ ex ea agitur. naꝫ quotiens noua obligatio inducitur: nec est cautum ⁊c.vt.ff.de condi.ex lege.l.vnica. ¶ Sed dicet aliquis vestrum in quo est vtilitas proponatur iudicis officiuꝫ vel conditio ex hac.l. Respõdeo in eo vt sciatur responderi opinioni quã antiqui aduocati tyronibus facere consueuerunt.nam cum nouus scholaris aduocatus formauit libellum suum super missione possessionis: ⁊ petit fieri missioneꝫ ex ista constitutione.dicit antiqu⁹ aduocatus.dñe iudex diu est ꝙ ego non studui.⁊ aduersarius meus venit de nouo de studio: ⁊ optime studuit.placet vobis ꝙ disputem secũ parum de apicibus iur.dicit iudex.si placet aduersario vestro placet mihi.dicit ille.bene placet mihi: ⁊ tunc antiquus aduocatus petit a scholare.quo iure postulas missionem fieri ex constitutione ista? si scholaris.i.nouus aduocatus dicat. peto conditione ex.l.illa: siue ex cõstitutione.C.de edic.diui adri.l.fi.opponit antiquus aduocatus ⁊ dicit.datur conditio ex.l.ad recuperandam possessionem? dicit nouus aduocatus sic.dicit ipse non est verum: qꝛ conditio ex.l. est actio personalis: qꝛ omnes cõditiones sunt actiones personales: vt insti.de act.§.appellamus.⁊ personales cõpetunt cõtra eum qui est obligatus ex contractu vel quasi: vel ex maleficio vel quasi: vt insti.de acti.§.j.sed cum ille qui possidet nõ sit obligatus ex contractu: vel quasi ex maleficio: vel quasi illi heredi: qui se mitti in pos.bo.postulat: ergo contra ipsuꝫ non poterit intentari personalis actio. Ad quod potest respondere nouus aduocatus.conditio ex.l.quãdo agitur ad aliquid dandum: est personalis actio: ⁊ tunc veruꝫ est quod opponitis.sed quãdoqꝫ agitur conditione ex.l.ad possessionem adipiscendam: quo casu sufficit ꝙ ille contra quẽ agit: habeat facultatem possessionis restituẽde. Et cõditione. noua agitur ad pos.vt.ff.de condi.inde.l.indebiti.§.sed ⁊ si nũmi. Fallit etiam in triticaria conditione.vt.ff. de condi. tri. l.ij.in fi.⁊.ff.si cer.peta.l.certi cõditio.in prin.lib.j. Vel potest dici ꝙ lꝫ omnes conditiones sint personales: scripte tñ sunt in rem.sicut in actione qđ metus causa dicimus. vt.ff. quod metus causa.l.metum.in fi.sic etiam dicimus in actione ad exhibendum.vt.ff.ad exhi.l.iij.§.cum autem. Tutius tamẽ est vt respondeat nouus aduocatus ꝙ petit se mitti in pos.bo.defuncti ex cõstitutione ista iudicis officio: ⁊ ꝙ imploret iudicis officium qđ est possessorium: qꝛ de petitore facit possessorem ⁊ ecõtra.vt.ff.de rei ven.l.vlti.⁊ hoc satis ꝓbat littera huius.l.a cõpetenti iudice ⁊c. Vel potest dici ꝙ actio in factum detur descendens ex edicto diui adriani: vt constitutionis surrogate loco edicti diui adri.sicut dicimus in alijs edictis in quibus non cauetur de speciali noĩe act. qꝛ damus actionem in factum.vt.ff.per quem fac.erit.l.vlti.

¶ Sed denuo subijcio alias questiões. Et quero cum quis petit se mitti in pos.bo.defuncti ex ista constitutione: vtrum debeat petere in forma iudicij.s.an debeat offerre libelluꝫ? Et videtur ꝙ non: qꝛ satis est ꝙ ostẽdat testamẽtum nõ cancelatum ⁊ non vitiatum vt hic. Item videtur ⁊ alia ratione ꝙ non debeat offerre libellum: quia causa possessionis sine omni inscriptione ⁊ sine libelli oblatione potest tractari. vt ar.j.vnde vi.l.momentarie. Item libellus debet ei offerri qui ad iudicium vocatur: vt.s.de litis conte.auc.offeratur.⁊ s.de epis.⁊ cleri.auc.generaliter. Sed hic nullus vocat ad iudicium: sed missio fieri a iudice postulatur: sicut ⁊ als dicimus in tutore qui se excusat: qui sue excusationis libellum non offert.vt.ff.de excusa.tuto.l.excusare.⁊ hoc ẽm vnũ intellectum illius.l. Item ad hoc prestat arg.ff.de noui oper. nũcia.l.de pupillo.§.meminisse.⁊.j.de naufra.l.de submersis.lib.xj.⁊.ff.de offi.presi.l.illicitas.⁊.l. congruit. Econtra videtur ꝙ sic per auc.offeratur. Sed in ista questione est ita dicendum.qꝛ refert an quis existat contradictor ⁊ rerũ possessor in quas petitur fieri missio: an nõ existat aliquis cõtradictor vel rerum possessor. Si autem existat cõtradictor: tũc debet actor sue petitionis libellum ⁊ aduersarius libellum sue contradictionis formare: ⁊ offerre debet libellum. ⁊ ad istud est ar.in auc.de tẽ.non nu.pe.su.do.§.generaliter.coll. vij.que est.s.de non nu.pec. ⁊ incipit hec auc.querelam. Si aũt nullus existat contradictor: tũc procedit missio si sine libello non confertur libellus vt hic dicitur. ¶ Sed denuo quero hic.cũ petit missio fieri in pos.bo.defuncti ex constitutione ista: nunqd iurabitur de calũnia? Videt ꝙ non: vt ar. ff.de ven.in pos.mittẽ.l.j.§.generaliter. Sed vos dicetis ꝙ iurabit de calũnia: qꝛ hic cognoscit summatim. ⁊ in summaria cognitione iurat de calũnia.vt.ff.ad exhi.l.thesaurus. ⁊ s.de iureiu.calũ.l.ij.⁊ ar.s.ti.proxi.l.eius.⁊.ff. de oper. no. nũcia.l.de pupillo.§.qui opus. ¶ Sed denuo quero hic.cũ petitur fieri missio contestabitur ne lis? Et certe sic contestabitur lis: si existat contradictor: vt in.l.nostra.§.finauteꝫ ibi vbi dicit cause in pos.missionis ⁊ subsequute contradictionis vẽtilent.nam sic fit cõtestatio: vt.s.de iudi.l.rẽ nõ nouã. ¶ Sed denuo quero.hic dicitur ꝙ heres institutus ex asse vel ex parte petit se mitti in pos.bo.defuncti que fuerunt ei⁹ tempore mortis: quid si sit institutus in vna re? Videtur ꝙ non sit mittendus: qa habetur loco legatarij. vt .s. de here. insti.l.quotiens. Econtra videt ꝙ sic. vt.ff.de here. insti.l.j. §.ex fundo. Sed in ista questione ita dico. ꝙ si alius inuenitur scriptus heres vniuersalis: iste institutus in vna re non mittitur in possessionem: vt in prealle.l.quotiens. Si autem non inuenitur alius vniuersalis heres scriptus: tunc institutus in vna re mittitur in pos.qꝛ perinde est acsi in totuꝫ sit heres.vt.ff.de here.insti.l.quotiens.§.si pater.⁊.l.interduꝫ. ⁊.l.ex facto.§.ij. ¶ Sed denuo quero. nunquid fideicõmissarius cui hereditas est restituẽda ex asse vel ex parte petet missionem fieri ex constitutione ista? Videtur ꝙ sic.qꝛ loco heredis habetur.vt insti.de fideicõ.§.restituta. Econtra videtur ꝙ non: qꝛ non habet ius petendi nisi restituta heredit. vt.ff.ad trebel.l.restituta. Sed in questiõe ista ita dico.fideicõmissarius est substitutus: ⁊ indubitanter cum questio est inter institutum ⁊ substitutum: primo mittitur in pos.vt.s.e. l.j.vnde fideicõmissarius non petet fieri missionem ante restitutam hereditatẽ.vt.ff.ad trebel.l.ille a quo.§.tempestiuũ. Alij dicunt aliter.vt no.ff.de heredi.instit.l.si pater. ¶ Sed denuo quero hic.hic loquitur cum heres scriptus in testamento in scriptis condito petit se mitti in possessionem. sed quid si heres scriptus in testamento nuncupatiuo petat se mitti in possessionem ex constitutione ista: nunquid poterit? Et videtur ꝙ non: inspecta rubrica que dicit: quẽadmoduꝫ scriptus heres in possessioneꝫ mittatur.⁊ inspecto nigro.qꝛ dicit scriptus sit. Sed in questione ista dicimus ex testamẽto in scriptis facto petit heres mitti in pos.bo.ex sententia ⁊ ex verbis huius.l.⁊ in scripto in testamento habet locuꝫ directum beneficium huius.l.sed ex nuncupatiuo petit tñ ex sententia huius.l.cessantibus verbis.⁊ ita habet locum vtile beneficiuꝫ huius.l.vt.ff.de iurisdi.om.iudi.l.siquis id qđ §.j.⁊ ꝙ ita seruatur solẽnitas in nuncupatiuo: vt in testamẽto in scriptis condito.nam requiruntur.vij.testes in testamẽto nuncupatiuo.vt.s.de tes.l.hac cõsultissima. Et cauete vobis hic.qꝛ est testamentum duplex. Est testamẽtuꝫ nuncupatiuum: ⁊ est testamentuꝫ qđ scribitur: vel qđ fit ad memoriã: ⁊ tunc petitur missio. Est testamẽtum qđ non scribitur sed fit coram septem testibus: ⁊ tunc petitur fieri missio: si probet per testes ita fuisse testamẽtum testatoris: vt.s.ti.proxi.l.vlt. ¶ Sed denuo quero.pone testamẽtum est cancellatum vel vituperatum: sed non in loco suspecto.sed vbi non est vis. verbigratia.in fi.testamenti dicit tabellio.ego rogatus scripsi scripsi.primum scripsi non inuenitur cancellatum sꝫ vltimum: nunquid propter hoc impeditur missio? Certe ꝓpter

hoc non impeditur missio: q2 vicium visibile impedit missionem: non inuisibile. ꝛ q2 talia vicia leuia sunt spernenda. ꝛ ad hoc est arg. ṡ. de transac. l. si ex falsis. ꝛ. ṡ. de testa. l. sancimus. ꝛ extra de fide instru. c. ex litteris. ¶ Sed denuo quero: nunquid fideicōmissarius est legittimus contradictor? verbigratia. sum institutus heres ꝛ rogatus tibi restituere hereditatem: peto mitti in possessionem: eris ne tu legittimus contradictor? Et certe dominus Mu. dicit ꝙ sic: q2 damus acť. ad petendam hereditatem. vnde cui damus actionem: multofortius exceptionem. vt. ff. de superfi. l. j. §. qđ autem. in fi. ibi. nam cui damus ꝛc. vt. ff. de reg. iur. l. vitis. §. cui damus. ꝛ arg. ff. de excep. do. l. dolo facit. Sed antiqui dixerūt contra. ꝛ videntur melius dixisse ꝙ anteꝗ̄ restituam: nō hz ius: vt. ff. ad trebel. l. restituta. ꝛ. l. facta. in prin. Item. l. ē expressa ꝙ non sit legittimus contradictor. ff. ad trebel. l. filio. Sed segnori in questione ista ita dico. si heres spōte adiuit: fideicōmissarius videť legittimus contradictor in dodrātē: non in quadrantem: q2 illud habet heres: vt. j. ad trebel. l. j. ꝛ. ij. ꝛ maxime q2 dicet fideicōmissario. dolo facis. q2 petꝭ qđ restituturus es: vt. ff. de excep. doli. l. dolo. ꝛ ar. ff. de excep. rei iudicate. ꝛ ita per totum. si cōpulsus adijsset heres: tunc fideicōmissarius esset legittimus contradictor in totum: qa heres hoc cāu nō debet detrahere quadrantē: vt. ff. ad treb. l. quia poterat. Nec ob. ff. ad trebel. l. filiam. que videtur innuere si heres adiuit coacte hereditatez ꝙ detrahat quadrātem: quia ibi dubitatur sit fideicōmissarius vel nō. ¶ Sed denuo quero hic pronunciat iudex missionem fieri ex constitutione ista: appellabitur ne ab ista pronunciatione? Certe non: quia nō appellatur a possessorio iudicio: vt. j. quorum appel. non reci. l. quisquis. ꝛ. j. si de momen. pos. agi. l. vnica. ¶ Sed denuo quero: nunquid ei qui succedit ab intestato cōpetat hoc auxilium? Et certe dico ꝙ non: licet hic quidaz scripserint contra. vt hoc probat ipsa rubrica. dum dicit. ꝛ quēadmodum scrip. here. in pos. mittū. Item hoc etiam probat ista. l. vbi de testamento facit mentionem. sed dabitur interdictum quorum bonorum directum: si iure pretorio succedit: aľs vtile: vt. ff. quorum bonorū. l. j. ¶ Sed denuo quero hic: que est differentia inter hanc constitutionem: ꝛ interdictum quorum bonorum: ꝛ petitionem hr̄ditatis? Respō. similitudinem habent in aliquibus: q2 hoc auxilium est possessorium iudicium vniuersale: ꝛ petitio. here. vt. ff. si pars here. peta. l. j. Et quorum bonorum ē vniuersale iudiciuz: vt ff. quorum bono. l. j. Item q2 istud ē adipiscende pos. ꝛ quorum bonorum. Differunt tamen in multis: q2 petitio ē petitorium ꝛ bonefidei: vt. ṡ. de peti. hē. l. j. ꝛ. ij. ꝛ. ff. de in litē iur. l. in actionibus. ꝛ plenissime queritur de vtriusꝗ̄ parte: vt. ṡ. de peti. here. l. liber. sed hic non est plenissima cognitio: ꝛ est de poss. ꝛ impedit missionem si statim paratus ē probare: nō aľs. Preterea in petitione hereditatis veniunt nomina: vt ff. de peti. here. l. item veniunt. §. fi. ꝛ. l. se. vt in quorum bonorum: vt. ff. quorum bonorum. l. fi. at in isto non veniunt nomina quia non possunt possideri. Item a lata sententia sup petitione hereditatis vel quorum bonorum bene appellatur: ab isto non: vt dixi. ṡ. Item petitio hereditatis datur heredi ab intestato: h̄ tm̄ scripto: licet quidam contradicant: quod est contra rubricam ꝛ nigrum vt dixi. Item petitio hereditatis ꝛ quorum bonorum non datur contra titulo possidentem: sed beneficium huius. l. sic. vt. ṡ. dixi. Item est differentia inter quorum bonorum ꝛ petitionem hereditatis. naz directum quorum bonorum datur ei qui iure pretorio succedit. istud quando est heres iure ciuili. Item hoc datur scripto heredi vt hic. illud scilicet quorum bonorum datur ab intestato etiam per vnde agnati vel cognati: vel aliud simile successori ab intestato.

¶ Si quis aliquem testari prohibet.

exceptio primi & secundi & tertij dicti. Tex. dominari cense mus: idest pro.l. seruari. Et ita no. q legittima volūtas testa toris seruatur .p.l.vt.s. de sacrosan.ec.l.j. & ibi de hoc dixi. ¶ Or segnori circa.l.istam que satis est plana q̄ntuz ad casum & litteram est insistendum. Hic de apicibus iur iusti. dicit & ita loquitur in hereditate, q contra, que signabo in hereditate loquuntur si testator instituit titium insolidum: poste semproniū in dimidiam: vocantur equaliter: quia per vltimam institutionem pori ademisse videtur. Sed.l.cōtra dicit aperte que dicit. si testator primo instituit titium insolidum: & postea sempronium ex dimidia vel simpliciter: videtur ad dispondium transituz fecisse. vnde hereditas erat diuidenda in .xviij. vncias: de quibus titius habebit .xij. vncias: sempronius.vj. vt.ff. de heredi.insti.l. interdum.in fi.&.l.si quis ita.§.quidam.&.ff. de liber. & posthu.l. si ita in prin.&.ff.ad treb.l.marcellus.in princ.&.l.qui quadraginta. Aliquis vestrum dicet: sunt ista contraria? Certe sic: q hec hereditas diuiditur in vnum assem in vnum pondo. sed.ll. ille dicunt q hereditas diuiditur in dispondium hoc est in xviij.vncias. vnde titius habebit duas partes: sempronius tertiam. ¶ Et vt melius intelligatis que ego dicam anteq̄ perueniam ad solutionem contrariorum not. istud. ista nomina sinonima sunt. pondo. libra. as. Unde sicut pōdo.xij. vncias continet in se: sic & libra: sic & as. & sic a.l. omnis hereditas diuiditur in pondo in libra & asse: vt instit. de here. insti.§.hereditas. & ideo, vbicunq vnus instituitur insolidum: alter ex dimidia. si vnus habet.vj.vncias: alter.vj. vtimur libra pondo asse. Modo est dispondium: idest cum pondo extenditur vltra .xij. vncias. Unde licet .l. diuidat hereditatem in.xij.vncias: tamen ex voluntate testatoris diuiditur in.xviij. vncias. nam bene potest dicere testator.instituo titium in.vj.vncias. seyum in.vj.vncias. gaium in.vj. vncias. Potest transcendi ad tripondium: quia ita dixit testator. seyum in.xij.vncijs instituo. sempronium in.xij.vncijs instituo. gayū in.xij.vncijs instituo. quid ergo dicemus ad.ll.contrarias. ¶ Or segnori breuis est solutio. Dicunt quidam. quod illis.ll. dicitur: presenti.l. corrigitur. quia hic fit mentio q opiniones veterum corrigantur. Alij dicunt q.ll.ille habent locum cū testator ad dispondium noluit trāsire. hec hz locum cum voluit trāsire ad dispōdium: vel dubitatur. & hec solutio satis est bona. Sed vt plene liq̄at hec materia pōt aliter dici: & distinguetis sic vt scripsit hic dn̄s Azo. & bene. Cum testator primo instituit vnum heredē insolidum: postea alium ex dimidia. puta q dixit titium insolidum mihi heredem instituo. seyum pro dimidia heredem instituo: tunc aut certuz est q voluit transire ad dispondiū: aut certum est q noluit: aut dubitatur. Si certuz est q testator voluit transire ad dispondium. vt quia dixit. titium mihi heredem in.xij.vncijs instituo: postea dixit sempronium ex dimidia instituo. vel simpliciter dixit. instituo mihi heredē semproniū. dixit notarius videatis quid dicatis: quia quelibet hereditas habet.xij.vncias. vt.ff. de heredi. insti.l. seruum alienum. & institu. de heredi. institu. dixit testator vade volo diuidere hereditatem meam sic: quia hoc bene possum facere. vt institu. de heredita. institu.§. hereditas. hic certum est q testator voluit transire ad dispondium: vt in.l. interdum.§.sed & si excessit.&.l.si quis ita. Aut certuz est q testator noluit transire ad dispondium. puta ita dixit testator. sciant omnes q volo hereditatem meam diuidi in.xij. vncijs. sicut.l.vult. sed titium mihi heredem instituo insolidum: sempronium ex dimidia. dixit notarius. quid est hoc dicere: dixit testator. nonne possum de .xij. vncijs relictis titio sex adimere? Certe possum. hic certum est q noluit testator extendere se ad dispondium. vnde quilibet ad.vj.vncias vocatur. & sic potest intelligi hec.l. &.ff. de heredita. institu.l.& si alterius.&.ff.ad treb.l.qui quadraginta. & ad hoc est argu.ff. de leg.j.l.si pluribus. Si autem dubitatur voluerit testator excedere assez vel non: & transire ad dispondiū. si apparet ex coniecturis q voluit transire ad dispondium: dicemus q tunc voluerit transire ad dispondium. & sic potest intelligi.ff.ad treb.l. marcellus.&.l. qui quadraginta. si non apparet ex coniecturis: eligemus benigniorem partē. & est benignior pars vt quilibet vocet in dimidia: & ita intelligo hanc.l. Et illud qd dicitur hic in tertio dicto huius.l. si in legato aliquis est sepius nominatus: alius semel: vocantur equaliter. Sed certe videtur q hoc casu noiatus ter habeat tres ptes: noiatus semel habeat quartā partem. Unde vr cōtra.ff. de sti.ser.l.iiij. vbi dr si seruus cōis stipulatus est dn̄is suis & titio: cum sint duo dn̄i. titius in tres partes: meuius in quartam vocat. Ad qd potest dici pluribus modis. Uno modo illud verū est in actibus vbi rigorem iuris seruamus. aliud in vltimis voluntatibus vbi equitatem seruamus. s. vt equaliter vocent vt hic. & ad hoc ar.ff. de re. iur.l. in testis. Alij dicunt q ibi dr: hic corrigit. q non est nouuz &c. vt.ff. de le. & se. con.l. nō est nouū. sed hec solutio nō placet: q legū correctio est vitanda inq̄ntum de iure pōt vitari. vt.s. de testis.l. sancimus. &.j. de ap.l. precipimus in fi. Uel pōt dici in.ll. illis vbi dominorum stipulatur.

Cum quidam. Lex ista similiter est noua.l. dn̄i iusti. & ponit duos casus: sed ambo recidunt in idem. Et primus casus est talis. testator ita dixit. tales mihi heredes instituo. filium meum impuberē exheredo. & nō fuit contentus ista offensiōe: sed adiecit. & si filius meus decesserit in pupillari etate titium substituo ei. a titio substituto legatum reliquit: debebit ne legatum a substituto titio? Certe non: q sicut testator non honorauit impuberem: ita non pōt onerare substitutum impuberi. ¶ Or ponamus pater instituit extraneos: filium impuberē exheredauit: & legatum reliquit impuberi: & impuberi substituit: nunqd legatum debebitur a substituto impuberi? Certe non. Tex. affectionē. yronice loquit. vel dicatis exheredādo declarat q hz eum odio substituendo vr q diligat eum: q substō filij est puisio. vt.ff. de vul. & pup. sub.l.j. Tex. sed & si legatū. annectit aliā qōnez & simul vtrāq determinat. Tex. cū igitur. modo determinat vtrāq questionem. Tex. voluit. sub. testator: q hec est regula. quem honoro: onerare possum. quē non honoro: non possum onerare: vt.j. de fideicom.l. ab eo. Preterea sicut ab impubere legatum non valet. vt.j. de fideicom.l. quidam ita relictum a substituto impuberi.

Si legatarius. In.l. ista que similiter ē noua l. iusti. sicut tres pcedētes ponit duos casus in qbus q indigno aufert nō applicat fisco. Et pmus casus est talis. testator in suo testō instituit me heredez: & legatum tibi reliqt. tu occultasti testm̄ vt non haberem hereditatem. nunqd poteris a me hr̄de petere illud legatū? De hoc fuit apud veteres dubitatuz. sed iusti. dicit q illud legatū a me herede petere non poteris: ne tua calliditas tibi prosit. sed illud legatū tibi aufertur: & non applicat fisco: imo penes me hr̄dem remanebit & habebit quasi pro nō scripto. Scōs casus est talis. si testator dedit te tutorē filio suo impuberi & tibi legatū reliquit. si excusas te a tutela & poteras esse tutor perdis legatū: & non applicat fisco imo pupillo applicabit. Tex. si legatarius celauerit testm̄. sub. vel furtiue subtraxit: iō vt hr̄s perderet hereditatē. Tex. esse censemus. sub. q illud legatuz possit petere. Tex. sue calliditatis. nā dolus suus non dz alicui patrocinari.ff. de fur.l. itaq fullo. &.ff. depo.l.j. Tex. illi. sub. legatario. Tex. auferat. sub. vt indigno & non applicat fisco. vt.j. dicit. Tex. iacturā. Et hic no. casum cōtra regulā qua cauet. q aufert ab indigno: applicatur fisco. vt.ff. de iure fisci.l. lucius. &.ff. de inoffi. te.l. pap.§. meminisse. sed fallit hic &.s. dixi de his quibus vt indig.l. hereditas. Tex. queādmodū. hic incipit scōs casus. Tex. voluit. & istud est verum cum iste poterat subire tutelam: & excusauit se vt dixi in casu. al's secus. vt.s. eo.l. ab administratione.

Illud qd. Hec.l. similiter est noua.l. iusti. Et in.l. ista dicitur. licet veteres dicant legatum vel fideicom. temporale non posse relinqui: tamen dicit iusti. nos dicimus q legata temporalia vel fideicom. valent sicut & donationes.

verbigratia

verbigratia. legat tibi testator domum suam vsqz ad annum: vel donat tibi vineam suam vsqz ad annum. post predictum tempus vult testator domum et vineam redire ad heredem suum: poterit hoc facere? Certe sic. verumtamen legatarius dum assequitur legatum debet cauere heredi de legato resti- tuendo et de donatione restituenda: et qz restituet rem et dete- riorationem rei si facta est deterior sua culpa. Tex. condito- ribus. sub. antiquis. Tex. temporales donationes: vt. j. de do. que sub modo. l. quotiens. et. l. penul. Tex. remeantibus: scilicet ipso iure ex voluntate defuncti. ¶ Sed segnori mul- te. ll. videntur contradicere. videntur enim dicere qz legata sunt perpetua: non temporalia. qz. ll. dicunt. tempus non est modus inducende vel tollende obligationis. et ideo si pro- mitto dare tibi. c. vsqz ad decenium: etiam post decenium te- neor de rigore iuris. sed de eqtate ob. exceptio. similiter idez in legatis: vt. ff. de act. et obli. l. obligationum. §. placet. et. ff. de leg. j. nemo potest. Ad qd potest dici illud verum iure ve- teri. sec9 iure nouo. ¶ Sed segnori si vultis dicere alijs mo- dis potestis. Contractus possunt esse temporales: et legata qntum ad effectum. sed de equitate obstat doli exceptio: vt in l. contra. vnde de rigore iuris tenent. Vel dicatis. hec. l. lo- quitur in specie. l. contraria loquitur in quantitate. bene ta- men potestis dicere qz hec. l. loquitur in casu tali. legat quis tibi annum vsufructu alicuius rei vsqz ad decenium. vel do- nat tibi aliquis vsufructum alicuius rei vsqz ad decenium. post tps redit ad heredem: vt. ff. de vsufru. l. ij. in fi. Sed si le garetur ppietas deberetur post tps de rigore iuris: sed de equitate obstaret exceptio vt dixi.

¶ De verborum et rerum significatione.

¶ De testamentis de codicillis et de legatis in superiori- bus habuistis. Uerum quia in testamentis et in codicillis et in legatis aliquando apponutur verba obscura vel res que habent diuersa nomina: ponit imperator de verborum et re- rum significatione. et sub. videamus qualiter res et verba ha- beant significari et interpretari. Et not. hic qz dictio ista. ver- borum non sumitur hic pro illa parte orationis que dr. verbu. sed hic sumit. verbu. pro qualibet pte orationis. pro noie. pro pronoie. pro verbo. pro aduerbio. vn de significatione verbo rum. i. dictionu et rerum de quibus loquimur videamus.

Redijs instructis. In. l. ista vos notabitis ita casum. Dominus testator habebat predia sua ampla ex quibus perci- piebat optimum frumentum vel vinuz. quid faciebat iste paterfa. colligebat ex istis pdijs mille corbes frumenti: et ex vineis mille corbes vini. indige- bat pro se. c. corbibus frumeti. et. c. vini. noningetos corbes frumeti et vini ponebat per se vedendi ca. ipse testator in ex- tremis constitutus fecit testamentum vel codicillos et dixit. predia mea sicut sunt instructa vxori mee do lego. mortuo te- statore dixit vxor. volo habere totum frumentum vel vinum qz reposuit testator in predijs. sed heres dicit vxori quodam testatoris. tu debes habere frumentum et vinum qz reposuit testator vite ca: queritur quid iuris? Et rndetur qz frumentu vel vinu qz testator ibi habebat vite ca cedit legato. sed si ali- quas res posuisset in pdio tuitionis ca: iste res legato no ce dunt. hoc dicit. Tex. ex fructibus. sub. illoz prediorum. Tex. non debes. No. hic. qui legat predia et instra prediorum: vi- detur legare que habebat ca vsus perpetui non ca vsus tpa- lis vt. j. l. proxi. Ite qui legat prediu rusticum: vinu qz habe- bat ibi vt eo vteret: videtur legare. non ita qui legat domum qz vinum in ea positum non continet in legato: vt. ff. de fun. instru. et instru. le. l. si ita. §. domo. Et est ratio: quia ex predio rustico percipitur frumentum vel vinum non ex domo. Uel ibi intendebat legare testator habitationem: non autem vinu vel alia que in domo erant.

Uando. In. l. ista di. Si testator legat tibi funduz instructu: vel legat tibi seruu villicu: et seruos astantes: causa pdij videtur tibi legare. Itez instrumenta que erat in fundo causa agriculture videtur legare. preterea pecora causa stercorandi in agro constituta videtur legare. et omnia videtur legare que essent ibi vt fundus instructior redderet. hoc dicit. Tex. villicum: idest castaldum. Et dicitur villicus qui moratur in villa gratia colligendorum fructuuz: vt. ff. de instito. l. si cum villico. Tex. qz seruandorum: idest arce et simi lia: vt. ff. loca. l. si addes. §. illud. et. ff. de peti. heredi. l. si a do- mino in fi. Tex. vel pascendi causa: vt. ff. de serui. rusti. predi. l. pecoris. Tex. certi iuris est. Nota. hic refert: aut legatur fundus instructus: aut fundus cum instrumento. si legatur fundus instructus: omnia videntur legata que sunt ibi cau- sa agriculture vt hic si legatur fundus cum instrumento: vi- detur legare fundum et instrumenta fundi: non villicos: non seruos: vt. ff. de fun. instru. et instru. lega. l. ij. Uel potest dici est differentia. si testator legat fundum instructum: qz videtur legare omnia que necessaria sunt culture agri ca. sed si legat fundum cum instrumento: aut legat fundum et instrm fundi: duo sunt legata. vt si legatum fundi deficeret: legatum instri deberetur. sed si legat fundum cum instrumento secus: vt. ff. de fun. instru. et instru. le. l. si fundus.

Sancimus. Due pcedentes. ll. sunt veteres. ll. alio ru impatoz: amodo iste tres. ll. que sequunt sunt noue. ll. iusti. Et in. l. ista ponit quedam dria inter satisdatione et fideiussione: que dif ferentia fuit approbata no solu a grecis sed etia a nobis. Et in. l. ista no. ita casum. Pone testor legat he- redi suo vt debeat mihi cauere. vel promittit mihi per stipu- lationem aliqd cauere: nunquid dz dare fideiussores vel pi- gnora? Rndetur qz non. sed si legaret testator vt heres satis- daret mihi. vel si promittis mihi satisdare: tunc teneris dare fideiussores vel pignora. hoc dicit. Tex. nomine. grecum ha betis. Tex. sed nudam promissionem. sub. a fideiussoribus vel a pignore: non a stipulatione. Tex. significari. No. h ca- uere est per stipulationem promittere fideiussore non dato. Satisdare est per stipulationem promittere fideiussore da- to: vt. ff. qui satisda. co. l. j. et. ff. de verbo. obli. l. stipulationum. §. satisacceptio est. Aliquando tn abutimur istis vocabulis: vt. s. de procur. l. j. Et h est qz appellatione simplicis cautio- nis continet. secus appellatione idonee cautionis. et sic sol- uitur ɔtrium. ff. man. l. si mandato titij in fi. Et est hec. l. ar. ad qonem rusticam. Dicit rusticus. tu facis me secuz ad sensuz sapientis mei. dicit ille: libenter. postea orit altercatio dum celebrant ɔctum. dicit rusticus: des mihi fideiussores. dicit ille: non habeo vel no debeo dare. dicit rusticus: tu pmisisti facere me secuz ad sensum sapientis mei. sapiens meus di- cit qz accipia fideiussores. illa verba dnt hoc modo interpre tari. si verba ista sunt scripta per tabellione: intelligo ista ver ba: tu facies me secuz ad sensum sapientis mei. i. facies pro- missione per stipulatione sine fideiussoribus. sed si dixit satis dabis: intelligo cu fideiussoribus: vt. ff. de costi. pe. l. promis- sor stici in fi. si verba no sunt stricta. ista verba ad sensum sa- pientis mei. bonus vir est iste sapies: vn dz arbitrari fm. l. qz si est casus vbi. l. dicit caueri cu fideiussoribus: cu eis dz iu- bere caueri. sed si no est casus vbi. ll. dicunt caueri cu fideius soribus sed sine fideiussoribus: sine eis debet caueri: vt di- xi plenius de hoc. s. de procur. l. j.

Cum quidam. Ista. l. sicut su- pior est noua. l. iusti. Et habet in se duas partes. Et in prima parte loquitur de alternatione personaruz. et dicit ibi: disiunctiuam accipi pro coniuncti- ua. In secunda loquit de alternatione reru. et dicit disiunctiua pro coiunctiua non accipi. Et in prima pte ponunt quattuor exepla. ¶ Primuz exeplum est tale. illum aut illum mihi herede instituo: qs erit heres? Dicebat anti- qui: primu nominatu censeri institutum: scdm nominatu cen seri substitutu. Sed certe dicit iusti. vterqz est hrs vt disiun- ctiua accipiat pro coiunctiua. ¶ Scdm exeplum est si testor reliqt legatu titio aut seyo: qs habebit legatu? Dicebat anti- qui posterior noiatus hebit. et multe alie opinioes erat circa hoc. vn dicit iusti. idem in legato qz in hereditate dictum est.

f

¶ Tertium exemplum est: pone testator ita dixit. tutorem filio meo do titiū aut seyum: erit vterq; vel alter tutor? Re. spōdetur q vterq; erit tutor. Idem est in quarto exemplo. si testator reliquit libertatē titio aut pamphilo: q2 vterq; erit liber. ꝛ ita in omnibus exemplis disiunctiua accipit̄ pro cōiunctiua: sicut in interdicto qd vi aut clam. Et ista est prima pars huius. l. ¶ In secūda parte dr̄ de alternatione rerū: puta si testator legat illam aut illā rem. Et in hoc veteres. ll. seruantur: vt alternatiua accipiat̄ pro coniunctiua: vt est in contractibus: q2 si vēdo illū aut illā rē debeo prestare quā velim. ꝛ ita dz esse in electione heredis: vt pstet rē legatam quā velit. h. d. Tex. cum quidam. s. testator vel codicillator. Tex. vel tutelam scripsisset. hoc est quartū exemplū. Tex. vel tutorem esse volo. repete illum aut illū. Tex. vtrumne. idest an. Tex. cum alij. sub. ex antiquis. Tex. primum: idest primum nominatum. Tex. estimauerunt. s. ideo q2 in legato ꝛ fideicōmisso posteriora derogant prioribus. Tex. melius itaq;. ecce decisio iustinia. Tex. ꝛ magis fit. grecum habe/tis. Tex. non repellat. ꝛ ita vocetur vterq;. Text. libertas vtrūq; capiat. nunc determinat quartum exemplum. Tex. proferatur scriptura. disiunctiua vel alternatiua. Tex. si aūt vna quidem est persona. Nunc icipit secunda pars huius l. que loquitur in alternatione rerum. Tex. censemus. vt si/quis tenetur ad duo alternatiue: ad alterum tenetur: prout ipse elegerit: vt. ff. de iure do. l. plerūq;. in fin. ¶ Unde no. in alternatione personarum disiunctiua accipitur pro cōiū/ctiua. sic ꝛ alibi. ff. de ver. signi. l. sepe. In rebus aūt alterna/tiue promissis vel relictis non debetur vtraq;: sed altera tā/tum vt. s. de condi. inde. l. si quis seruum. ꝛ. ff. de ver. signi. l. vbi, autem non apparet. §. qui illud aut illud. ¶ Sz que est ratio diuersitatis? Rn̄. est illa. nā in disiunctiua vel alterna/tiua personarū disiunctiua ideo accipit̄ pro cōiūctiua: quia verisimile est testatorē hoc voluisse: ꝛ heredi nihil deperit: ꝛ nos sequimur vestigia testatoꝝ: vt. s. titu. pxi. l. cum questio. In alternatione reꝝ secus: q2 nō apparet de volūtate testa/toris: ꝛ heredi aliqd deperit: vt. ff. de leg. ij. l. is cui. Et de ista materia plenius dicitur in. l. illa sepe.

Uggestioni. Hec. l. similiter est noua. l. iusti. Et in. l. ista cōtinētur quattuor dicta. Pri/mo dicit iusti. q appellatione familie conti/nentur liberi parentes propinqui substan/tia testatoris ꝛ liberti patroni ꝛ serui defun/cti. Secundo dicitur: si aliquis in testamento vel in codicil/lo reliquit aliquid familie sue: videtur reliquisse vt liberi primo habeant: postea parentes: postea collaterales: postea gener ꝛ nurus. Tertio dicitur in. l. ista. si testator reliquit le/gatum alicui: ꝛ prohibet eū alienare extra familia. ꝛ si alie/naret vult q ad familiam reuertatur: reuertetur primo ad liberos: postea ad parentes. Quarto dicit q appellatione familie cōtinetur substātia ꝛ patrimoniū ꝛ oēs res que sunt in patrimonio nostro: ꝛ sic omnes serui ꝛ liberti. Tex. rn̄dē/tes. sub. dicit iusti. que fecit. l. istam. Tex. ꝛ substantiaꝫ. scilꝫ testatoris. Tex. significari. hucusq; durat primum dictum huius. l. Et aduertatis: vos debetis scire q nomen familie iure nostro est equiuocum. Nam nomen familia sumit̄ pro liberis ꝛ parētibus. tu es de familia titij: idest de eius agna/tione: vt. ff. eo. l. pronunciatio. §. familie. Item sumitur se/cundo modo vt contineantur etiam serui: vt. ff. de edili. edi/cto. l. ediles. §. familie. Itē sumitur tertio modo pro liber/tis. vnde sicut succedo liberis meis: ita ꝛ libertis: vt. ff. eo. l. pronunciatio. §. familie. ꝛ. ff. vnde legi. l. j. in fine. Itē ap/pellatione familie continetur gener ꝛ nurus gener mortua filia vocatur: similiter mortuo filio nurus vocaretur. Item nomen familie sumitur pro substantia: vnde tota die dici/mus iudicium familie herciscun. ꝛ hoc vult dicere princi/pium huius. l. ꝛ hec probantur in tribus exēplis. primis. Tex. ꝛ si qs p suū ꝛc. Incipit scd'z dictū huius. l. in quo qd dixit obscure clarificat. Tex. nō solū ppinquos. sub. si sunt. Tex. vt post eos. s. generꝫ ꝛ nurum. Tex. liberti perueniant. ¶ Or segnori no. h q si testōr legat aliqd familie sue. pmo vocant̄ liberi. scdo pentes vocant̄. tertio loco collaterales. qrto loco vocant̄ gener ꝛ nurus. quito ꝛ vltio loco vocant̄ li/berti vt hic. ꝛ. ff. de le. ij. l. peto. §. fratre. ꝛ. l. cum pater. §. pen. ꝛ in auct. de here. ab intesta. §. nullum. ꝛ. ff. ad trebel. l. here/des. §. vlti. Tex. hoc eodem. Incipit tertium dictum huius l. Tex. prohibuerit. q fit quandoq;: vt. ff. de rebus alie. non alienan. l. vlti. ꝛ. s. de conditio. causa da. l. ea lege. ꝛ. j. de fi/deicom. l. voluntas. Tex. acquirantur. qui similiter hoc ordi/ne vocantur ad fideicom. reuocandum. primo liberi. postea parentes. tertio collaterales. quarto vocantur gener ꝛ nu/rus. quinto ꝛ vltimo vocantur liberti vt. s. dixi. Tex. in alijs autem casibus. Incipit quartum dictum huius. l. Tex. pro substantia. siue patrimonio. Tex. putant̄. vnde in iudicio fa/mil. hercis. nomen familie accipitur pro substantia: quia gre/ce familie: latine substantie.

¶ Si omissa causa testamenti sit.

¶ De testamentis ꝛ heredum institutione ꝛ de legatis ꝛ fi/deicom. in superioribus tractatum est. Uerum quia here/des interdum omittunt succedere ex testamento: vt substi/tutus succedat vel alius ab intestato: vel vt ipsi succedant ab intestato: ponitur quid iuris sit si omissa sit causa testa/menti. De primo cum heres omittit ex testamento vt substi/tutus succedat agitur in. l. j. De secundo vt vocentur suc/cedentes ab intestato agitur. j. eo. l. ij. De tertio cum here/des omittunt ex testamento vt succedant ab intestato agi/tur. j. eo. l. vltima.

I in fraudem. Lex ista po/nit duos ca/sus. Et primus casus est talis. Quedā mu/lier accessit ad imperatorē: Dn̄e volo vobis narrare quādam barataria vt circa illā ap/ponatis consiliū. Et est barataria talis testa/tor instituit pmo loco heredem titium: ꝛ mihi ꝛ multis alijs legata reliquit. secundo loco substituit ei alium ponamus sempronium. iste institutus cogitauit. si adeo ex institutione: teneor multa legata prestare. sed si repudio: substitutus ha/bebit hereditatem ꝛ non prestabit legata. vn̄ fecerunt adin/uicem talem fraudem: vt institutus repudiaret ꝛ substitutus haberet: ꝛ non prestaret legata. ꝛ possuꝫ probare istam frau/dem: nunquid habeo vtilē actionem ex testamento contra eū qui fraudem participauit? Respondetur q sic. ¶ Scd's ca/sus est talis. Ponamus q institutus non omisit in fraudē vt substitutus haberet ꝛ non prestaret legata: sed accepta pecu/nia omisit aditione hereditatis: quid erit? Respondetur q sicut ab instituto poteras petere legata a se relicta: ita a sub/stituto poteris petere legata a se relicta. hoc dicit ista. l. Tex. si in fraudem legatorum. sub. ab instituto relictorum. Tex. probatura es. sub. o mulier. nā mulieri interroganti respon/det imperator: vt patet ex. l. subscriptione. Tex. vtilis actio: idest efficax. Uel dicatis vtilis actio. s. ex testamento. Tex. competit. ¶ Sed videtur contra. duabus rationibus. q2 ex quo instituto substituit: videtur dare instituto licentiam q possit repudiare: vt. s. de here. insti. l. cum proponas. vn̄ non videtur in fraudem omittere si omittit: vt. ff. de leg. ij. l. cuꝫ pa/ter. §. titio. Rn̄deo: videtur dare facultatem instituto omittē/di hereditatem si facit ob vitandum dānum proprium non si facit vt alij noceat: vt argu. ff. de aqua. plu. arcē. l. j. §. deniq;. ¶ Sed denuo videtur cōtra. secunda ratione. q2 videtur q etiam sine omni fraude teneatur substitutus prestare legata: vt. ff. de le. j. l. licet. Rn̄deo illud debet intelligi nisi appareat aliam fuisse voluntatem defuncti. sed hic apparebat aliam esse voluntatem defuncti: q2 legata erant relicta ab instituto tantum: vt. ff. de leg. ij. l. celsus. §. penul. ꝛ vlti. ꝛ ideo substi/tuto fraudē participante tenetur: al's non: vt colligit̄. ff. de le. ij. l. cum pater. §. a substituto. Tex. plane si pecunia ꝛc. Hic incipit secundus casus. Tex. cogit̄. sub. institutus a se reli/cta. ꝛ institutus substitutus similiter a se substituto relicta: vt ff. e. l. si vo solus. §. vlti. ibi. si solus ꝛc. ꝛ. j. de fideicō. lib. l. j. in fi. ꝛ. ff. de leg. ij. l. cū pater. §. si a substituto. Nā vbi omisit he/reditatē non in fraudē legatoꝝ sed accepta pecunia: pcium hereditatis accepisse videtur: vt. ff. e. l. qui autem.

Eum

Cum qui. In.l.ista dicuntur tria. ¶ Primo dicit.si heres poterat ex testaméto habere hereditatem: si repudiat ex testaméto vt adeat ab intestato: q2 erat ꝓximior ab intestato: nó nocet legatarijs vel libertatibus. ¶ Scdo dicit.si institutus non potuit adire ex testó hereditaté: q2 non iure factum.si repudiat ex testaméto ꝛ ab intestato iusta ratione fecit hoc casu: vñ non prestat legata. ¶ Tertio dicit. si heres institutus in testaméto soléniter facto repudiat ex testamento: ꝛ alter ꝓximior ab intestato succedit: hic non debent relicta: q2 exquo ex testaméto non adit hereditas: non debentur relicta in eo neqꝫ libertates. Tex.eum.sub.heredé. Tex. voluit amplecti.sub.maliciose teneretur prestare libertates. Tex.iampridé placuit.propter edictuꝫ. siquis omissa causa testaméti.q2 videt facere in fraudé relictoꝝ.sed exquo ex testamento non aditur hereditas: nó debentur relicta.vt in fi. huius.l.sed hic secus.vt.ff.e.l.j.Tex.qd si.Incipit secũdum dictuꝫ.Tex.peti possit.sub. ideo q2 erat minus solene.Tex. procedit.q2 ex minus soléni testamento non debent relicta: nisi adiectum esset.si nó valet iure testamenti: valeat iure codicilloꝝ.vt.s.de codi.l.vlti.dixi.Tex.si vero ꝛc.Hic incipit tertium dictũ huius.l.Tex.posse.sub.nisi ab instituto essent repetita.Tex.manifestũ est.q2 ex quo testamento non aditur hereditas: neqꝫ libertates neqꝫ legata debent. vt.j.de fideicó.l.eam quã.Et istud est verũ quãdo omisit bonafide. sed si omisit fraudem participando tenet. vt.s.eo.l.j.in prin. vel si omisit accepta pecunia.vt.s.e.l.j.in prin.

Si proculina. In.l. ista dicit. Quidam accesserunt ad imperatoré. Domine quedã mulier ꝓculina nomine patri nostro quedã in testaméto suo reliqt.ꝛ nos patri nostro successimus.ꝛ ꝓculina instituit sibi heredes in solemni testó isti heredes omittũt hereditatem proculine ex testamento ꝛ adeunt ab intestato: nunquid pstabunt legata relicta nostro patri nobis? Certe dicit imperator sic insolidum.si nó est locus.l.falcidie. al's.i.si est locus falcidie.quatenus patitur falcidia.h.d.Tex.si proculina.propriũ nomen est.Tex.ꝛ scripti.sub. a proculina. Tex.iure.idest soléniter. Tex.omissa.sub. in fraudem legatoꝝ: ne habeant legata. vt s.l.proxi.in prin.Tex. successerũt ab intestato.sub.vt proximiores.Tex.vobis.sub.qui estis heredes legittimi vt hic.ꝛ ff.qñ dies lega. cedant.l.vl. ꝛ.j.de fideicó.lib.Tex.iubebit. q2 debet vobis ꝛc.vt.s.l.proxi.in prin.

¶ De indicta viduitate ꝛ.l.iul.viscellia.tol.

¶ Quia per legata ꝛ relicta de quibus in superioribus est tractatum interduꝫ indicitur viduitas: ideo dicit rubrica de indicta viduitate tollenda qd est.j. Et indicitur sic per legata viduitas: relinquo tali mulieri.c.si non nubat. quid erit? Certe mulier poterit assequi legatum: ꝛ nihilominus nubere potest: vt colligitur.ff.de condit. ꝛ demon.l.cum tale.§.si arbitratu.ꝛ.§.meuie.Et q2 circa legata quibus indicitur viduitas.l.iul.i.viscellia locuꝫ habebat: ꝛ illa recessit ab aula: ponitur.l.iul.viscellia.que.l.faciebat paruaꝫ misericordiaꝫ. Nam ecce si legauit maritus vxori sue ne nuberet alij: lex iul.viscellia permittebat nubere: sꝫ iurabat ꝙ nubebat causa habendi proleꝫ nó causa libidinis: q2 ibat ipsa ad iudicé. Domine maritus meus reliquit mihi.c.si non nubereꝫ alij. ego nó habeo aliquem filium. q2 si haberem vnũ filiũ deceтero nó nuberé.ꝛ ita iurabat. Sed q2 suspicabant homines ꝙ potius nubebat cã libinis ꝙ̃ cã habendi prolem: ideo recessit ab aula.Et ideo subijciamus de indicta viduitate tol.ꝛ de.l.iul.viscellia que dabat mulierib⁹ mãm periurãdi.Et de prima pte rubrice ꝛ de scda agit in.l.j.In scda ꝛ tertia.l.agitur de alia materia: vt ibi videbitis.

1 Legatum. In.l.ista ponitur talis casus. Testator ita dixit in testó suo vl' in codicillis suis.si vxor mea post morteꝫ meam alij nó nupserit.c.do lego.valet illud legatuꝫ? Certe sic.ꝛ si nupserit vxor legatũ nó habebit: sed si vxor non nupserit ꝛ mortua est: impleta est conditio. ꝛ legatum pót peti.h.d. Tex.legatum alij: sciꝫ non mulieri. Tex.nequaꝙ̃ potest. Unde no.hec est regula. si existat códitio legati vel non stat per legatarium: legatum peti potest vt.s.de insti.ꝛ substi.sub condi.factis.l.j.si deficit conditio legati: legatum non pót peti vt hic.ꝛ.j.de condi.inser.l. legatum. Et circa.l.istam ꝛ vt melius intelligatis casus aliarum legum huius titu.ita distinguetis. Naꝫ aut legatur mulieri ne nubat: vel legatur alij si mulier non nupserit: aut legatur mulieri si vidua fuerit vel marito si in celibatu permãserit: aut legatur mulieri si nupserit. In primo casu si legatur mulieri ne nubat: olim ita erat valebat legatum: sed mulier nubere non poterat: quia adiecta erat turpis conditio vt.ff.de condi.ꝛ demon.l.cum tale.§.si arbitratu.postea superuenit.l.iul.viscellia.ꝛ dicit. si ipsa vult nubere: non potest assequi legatum: nisi inter ꝙ nubat affectione liberoꝝ ꝛ non libidinis causa.vel si non vult nubere: nisi caueat de non nubendo. vt.j.l.proxi. in princip. Hodie nouo iure iusti.mulier non iurat nec cauet.vt.j.l.proxi.in fi. Iure auteꝫ nouissimo infra annum non assequitur legatuꝫ: nisi spes eét ꝙ nuptias non possꝫ contrahere.post annum assequitur legatum prestita cautione mutiana.vt in auc.cui relictum est. Si autem legatur alij si mulier non nupserit: habet locum. l.nostra.Si autem legatur mulieri si vidua fuerit: hic valet legatum: q2 videtur relictum in solacium tristitie.ꝛ lego tibi mulieri si vidua fueris.idest cuꝫ peruenerit tibi tristitia illa vnde valet. vt.j.eo.l.vl. Si autem legatur mulieri si nupserit: tunc subdistinguo: aut in genere: aut specificando personam cum qua eam nubere volebat. Si in genere valet legatum ꝛ conditionis adiectio.vt.ff.de iur do.l.ij. Si autem specificauit personam cum qua eaꝫ nubere volebat.aut illa persona erat talis cum qua honeste poterat nubere.aut nó. Si honeste poterat nubere valet legatum relictum ad nuptias contrahendas.ꝛ conditionis adiectio.vt.s.de insti.ꝛ substitu.sub condi.factis.l.ij. Idem si per eam non steterit quominus nubat. Si autem non honeste poterat nubere: tunc valet legatum. ꝛ cessat conditio tanꝙ̃ turpis. Naꝫ videtur vetare ne cum alia nubat.ꝛ sic per consequens viduitatem indicit: vt colligitur.ff.de condi.ꝛ demon.l.cum ita. ꝛ in prealleg.l.s. de insti.ꝛ substi.sub conditio.factis.l.ij. Si vero legatur mulieri sub contrarijs conditionibus. vtputa ita dicit testator. lego tali mulieri.cc. si non nupserit.ꝛ.c.si nupserit valet legatum relictum conditione cessante: que ei viduitatem indicit. valet etiam legatum affirmatiue relictum ꝛ conditionis adiectio.Sed si mulier est consecuta legatum relictum sub conditione: ꝙ̃uis postea nupserit alij consequi non potest.vt.ff.de condi.ꝛ demonstra.l.titie. Si autem legatum est relictum mulieri ne certe persone nubat valet legatum ꝛ adiectio conditionis: quia non continet viduitatem.vt.ff.de condit.ꝛ demon.l.cum ita. ¶ Or amodo non poteritis errare circa materiaꝫ huius tractatus si bene intellexistis que dixi.

Ambiguitates. Lex precedens é.l.antiqua alioꝝ imperatoꝝ qui precesserunt iusti. Iste due.ll.que sequunt sunt noue.ll.iusti.Et debetis in.l.ista poné ita casuꝫ. Nã olim si maritus vel alius legabat mulieri ne nuberet.si mulier intra annum volebat assequi legatum: iurabat non nubere nisi affectione liberoꝝ: nó cã libidinis qd si faciebat intra annum non poterat assequi legatuꝫ.post annum poterat assequi legatũ: prestita mutiana cautione de nó nubendo. Hodie é correctũ p iusti.q2 mulier nó iurat.ꝛ intra annũ poterit assequi legatũ: nec post annũ cauet de nó nubendo: ideo q2 si mulier iurabat: sepe deierabat. Uñ cuꝫ ll.nostre puniãt piuria: nó debét vnaꝫ piurijs aperire. Iteꝫ ista ꝯditio é turpis: cũ interest reipublice ꝙ liberis repleat. ꝛ ideo dicit.l.ista ꝙ ipsa pót nubere.ꝛ assequit legatuꝫ. ꝛ nó iurat.ꝛ non hꝫ necesse prestare mutianã cautioné de nó nubédo. Unũ sciatis ꝙ si maritus legat mulieri ne nubat.si ex primo mrĩmonio nó hébat liberos: assequit legatũ relictum

pleno iure. si habebat liberos: assequif legatu3 relictũ q̃tu3 ad vsufructu3: reseruata filijs primi matrimonij proprietate h.d. Tex. generali. l. s. presente. Tex. s̃m predictam legẽ. sub. que ante erat. Tex. quiescente. Olim ita erat si maritus legabat mulieri ne nubat vel sub illa cõditione ne nuberet: debebat iurare q̃ nõ nubebat causa libidinis: sed causa habẽdi prolem: ꝛ cauebat de nõ nubendo: vt in auc. de nupt. per totum. Hodie non iurat nec interponit mutiana3 cautionẽ. Et nuncupatur mutiana cautio a mutio auctore. Et habet locum vbicũq3 legatur sub conditione que consistit in non faciendo. ꝛ est certum q̃ non põt impleri legatario viuente: vt lego tibi si non ascenderis capitolium: vt. ff. de condit. ꝛ demon. l. mutiane. In alijs relictis remanet in suo statu. nam si lego tibi ne nubas: te nubẽte remittif hec cautio. Tex. ꝛ non dato. s. prestito. Tex. siue habeat liberos. sub. ista mulier ex primo matrimonio. Tex. cõmittat. ¶ Unde no. si nõ habet liberos ex primo matrimonio: assequif relictum pleno iure. sed si habet liberos assequif relictum q̃tum ad vsufruc. vt s̃. de secundis nup. l. femine. cũ auc. ibi signatis. ꝛ. l. hac edictali lege. §. his illud. Tex. vt partus ederẽt. Et hoc est verũ ex votis eorum qd̃ magis desiderant mulieres: vt. j. qui po. in pig. ha. l. assiduis frequẽtari. interest reipublice legittimis hominibus augeri: vt. ff. so. ma. l. j. ꝛ. ff. de iure do. l. ij. Et interest nostra q̃ respublica augeatur legittimis hominibus: non illegittimis: q2 nõ interest qd̃ monacha habeat liberos. Sed aliquãdo interest augeri illegittimis hominibus. nam interest habere spurios: q2 in defectum legittimaꝝ personarum vocanf spurij ad honores: vt. ff. de mune. ꝛ ho. l. generaliter. §. spurios. Tex. aperiri. ¶ Or segnori habetis qd̃ cum per. ll. nostras puniant periuria: non debet eis via periurijs aperiri per. ll. nostras: vt. s̃. si aduersus vendi. l. j. ꝛ. ij. ꝛ. s̃. de arbi. l. ne in arbitris. in princ. ꝛ hoc illa rõne ne inde nascantur ꝛc. vt. j. vñ vi. l. meminerint. Sunt ergo sacramenta licita seruanda ꝛ p̃standa. nõ illicita. q2 sacramẽta licita habẽt tres tramites. s. veritate3 iusticiam ꝛ equitatem: vt in auc. sce. non solum. per totum. ¶ Or segnori habetis hic vnam auc. que corrigit. l. C. in aliquo. ꝛ incipit. cui relictum.

Cui relictum est. A.

Tex. C. dicebat: si relinquif mulieri ne nubat q̃ iurat q̃ nõ faciat causa libidinis: sed causa p̃creande sobolis: vel cauet de nõ nubendo. Hec auc. l. C. corrigit. ꝛ dicit q̃ intra annum nõ põt assequi relictũ: nisi certum esset q̃ nuptias cõtrahere nõ posset: vt q2 monacha facta est. post annu3 ipsa bene potest assequi relictum. si caueat de non nubendo quã cautione3 debet prestare? Certe si legata erat res imobilis: prestabit iuratoriã cautionem ꝛ obligabit bona sua. Si res legata est mobilis: prestabit fideiussoriã cautionem. si nubat perdit relictũ: ꝛ restituit rem cu3 fructibus. Tex. a coniuge. sub. vel a marito vxori. vel econtra: q2 declinaf hic ꝛ hec cõiunx: vel ab alio extraneo. Tex. deficiat. quia facta est monacha. vel emisit solẽne votum. Tex. eadem. iuratoria cum hypotecis. Tex. data. s. relicta. Tex. potest. sub. cum fructibus. Si aũt erat pecunia prestabit eam cũ vsuris tertie cẽtesime: vt in auc. de nup. §. q2 vero. vnde hec auc. est extracta. Et ista auc. loquif cu3 maritus legat vxori sue ne nubat. vel ecõtra. vel quidam tertius legat vxori tue vel tibi. ¶ Diceret aliqs vestrum tota die fit contrariũ: q2 tota die fit ita. dicit testator in primis pro anima mea relinquo tantũ. vxorem meam relinquo domina3 ꝛ vsufructuariã: donec in domo mea honestam ꝛ castam vitam duxerit. statim assequif relictum in ciuitate ista. Auc. ista ꝯtradicit: que dicit q̃ nõ debet statim assequi relictum. Ad qd̃ vos ita dicetis: q2 aut relictũ relinquif pure: sed est resoluẽdum sub ꝯditione. aut relinquif sub cõditione. Relinquif pure relictum sed est resoluendum sub conditione vt faciunt tota die in ciuitate ista: q2 ita dicũt testatores. relinquo vxorem meam dominã ꝛ vsufructuariam: donec in domo mea duxerit castam vitã. sed resoluif sub cõditione: q2 si nupserit habebit legatum: q2 videtur induci viduitas. ꝛ hoc casu non loquif hec auc. Relinquif sub cõditione si legat vir vxori ne nubat. ꝛ ita loquif hec auc. Nunc autem subijciamus altiorem questionem. Ista auc. loquitur cum relinquitur mulieri nupte in casu viduitatis. Quid si relinquitur virgini vel ei que nunq̃ nupsit: h3 ne locu3 hec auc. Quida3 dicunt q̃ sic multomagis cum virginũ vita sit felicior q̃ cõtinentiũ: vt in auc. de lenonibus. §. j. Sed male dicunt: q2 hec auc. dicit aperte cui relictum est ne secundas nuptias ineat. si ergo relinquitur mulieri virgini vel que nõ habuit virum. dico. ll. veteres in suo loco remanere vt nubere possit: ꝛ habeat legatum. vt colligitur. ff. de condi. ꝛ de. l. titie. ꝛ. l. cum tale. §. si arbitrarij. ꝛ. l. quotiens. Et ita scripserunt hic do. Joan. ꝛ Azo.

Legem iuliam.

Hec. l. similiter est noua l. iusti. Et dicit duo. Primo dicit. sicut. l. iulia viscellia ꝛ mutiana cautio ꝛ senatuscõsulta: que approbabant. l. iul. viscelliã sublata sunt in legatis relictis factis supiori. l. proxi. ita sunt sublata in legatis relictis masculis ne nubãt. Secundo dicit. l. ista. si legaf mulieri si vidua erit: vel cu3 vidua erit vel quotiens vidua erit: istud legatũ non inducit viduitatem: sed videf relictum in solatiũ tristitie emergentis: vnde valet. Idem si relinquif viro si ad celibatu3 peruenerit. Tex. in feminis. sub. quibus legaf sub illa conditione ne nubant. Tex. ad sensu3 nostre. l. s. supioris. Tex. etiã exp̃ssim sancimus. nam al's videf legatũ ꝛc. vt. ff. de iniur. l. ite3 apud labeonẽ. §. hoc edicto. Tex. facta sunt. que approbant. l. istã: que quidem non habemus. Tex. cessare. i. hodie locum non habere. Et ad istud accedit. s̃. l. proxi. Tex. sed q2 apud. Incipit secundũ dictum. Tex. relinquaf. sub. ab extraneo: non a viro. Tex. ad celibatum peruenerit. i. in quasi castitate vixerit. Tex. ea. s. relicta. Tex. que ia3 perempta est. vt. s̃. l. proxi. Tex. tristitie. sub. cum vir amisit vxorem. vel econta vxor amisit virum: quod intelligatis non est prohibitum sed permissum. ꝛ ita interdum aliquid conceditur alicui in solatiu3 sue tristitie: q̃ al's non concederetur ei: vt. s̃. de insti. ꝛ substi. sub condi. factis. l. vlti.

¶ De his que pene nomine in testamento vel in codicillis relinquuntur.

¶ Quia aliquãdo in relictis in testamẽtis vel in codicillis pene apponunf: ideo dicit rubrica de his que pene noie vel in testõ vel in codicillis relinquunf. Et debetis scire in testõ vel in codicillis relinquif pene nomine hoc mõ. Testator dicit. instituo titiũ heredẽ: ꝛ relinquo vxori mee tale3 vinea3 ꝛ tale prediũ ꝛ tale pratu3. ꝛ p̃cipio heredi meo ne vllã q̃ne3 moueat vxori mee de p̃dictis. ꝛ si mouerit iubeo heredẽ meũ pene nomine vltra relictũ ei. c. vel mille dare. Istud exẽplu3 posui in herede: q2 rustici huius diocesis magis exercẽt istã practicã q̃ istius ciuitatis ciues. Dicunt incõtinenti rustici. dimitto vxori mee tm̃. ꝛ si heres mouet q̃nem ei: tantũ vltra relictum det ei. Et qd̃ dicimus in herede idem in legatario: dum dicit testator. tali amico meo. c. do lego. ꝛ veto ne faciat hoc. si faciat vetitu3: adimit ei totum legatum vel partem legati. Idem est in libertatibus. nam testator iubet seruũ suu3 esse liberũ. ꝛ iubet q̃ libertus nõ debeat hoc facere. ꝛ si fecerit: iubet tantũ dare tali. Et debetis scire q̃ olim relictũ vel adẽptum vel translatũ pene causa non valebat. sicut colligitur. ff. e. l. j. hodie valet vt hic. ¶ Et no. hic q̃ relictum pene causa nõ valebat: sed relictũ sub conditione valebat olim: q2 ita erat si dicebã. si heres meus fecerit hoc: lego tali tantum. sicut probaf. ff. de cõdi. ꝛ demõ. l. in cõditionibus. sed hodie valet vt videbitis in. l. ista. Unde de his que pene nomine in testis vel codicillis relinquunf vel admittunf vel transferũtur videamus vtrum valeant vel non.

Superuacuam.

Segnori h̃ est l. iusti. Et p̃mo ponit antiquitatem: postea nouum ius. Et casus huius. l. satis est facilis. In. l. ergo ista dicitur. Olim non poterãt legata pene causa adimi relinqui vel transferri licet sub cõditione que penam contineat possit heredi iubere aliquid dari

dari vel adimi vel transferri. Hodie est contra. q2 non soluz ab heredibus: sed a legatarijs et a libertati donatis pene nomine: hodie etiam potest adimi sub conditione que cõtineat penam: si conditio sit honesta et possibilis: non autez si sit inhonesta vel probrosa. Tex. voluntatibus. puta in testamento vel in codicillis. Tex. vel pecuniã dari. pene nomine adimitur: pene nomine relinquitur: pene nomine transfertur. et in hoc non est vis: nisi in ponendo exempla. Pene nomine adimitur cum testator instituit te heredem: et iubet ne vxori sue moueas questionem de si bi relicto. et si feceris: talis sit heres. hic adimitur et transfertur pene nomine. Relinquitur pene nomine: vt si testator iubet ne moueas questionẽ vxori sue. et si moueris vltra relictum iubet tantum ei dari. Idem est in legatarijs. Idem in libertatibus donatis: vt dixi in rubrica. Sed si sub conditione potest relinqui: vt. j. dicit. Tex. si minus. i. si non. Tex. seruabitur. sub. q2 assequit legatum reiecta conditione de medio. ¶ Or segnori custodiatis vos hic q hic signant plusq̃ mille contraria que vno verbo tolli possunt. Nam hic dicitur q legatum relictum sub impossibili conditione vel turpi non valet. Leges omnes vident dicere q valeat legatum impossibili cõditione vel turpi pro non adiecta habita: vt. ff. de le. j. l. si mihi. §. siquis. et. l. turpia. et. ff. de condi. insti. l. j. et. ff. de condit. et demon. l. ij. et. s. de insti. et substi. sub condi. factis. l. reprehẽdenda. Unde vos ita dicetis: cum legatum relinquitur sub impossibili conditione vel turpi vel probrosa. si adijcitur conditio ei cui relinquit. verbigratia. legat testator filie sue si a marito diuerterit. vel legat ei testator si iurauerit hic quibus casibus obtinent leges contrarie: valet relictum sed conditio pro non adiecta habetur: vt in. ll. contrarijs. Et sic intelligitur. ff. de condit. et demonstra. l. obtinuit. Si autem adijcitur ei a quo relinquitur: quia legatum potest relinqui ab herede et a legatario: vt. j. titu. proxi. l. ab eo casu. si testator ita dicit. instituo te heredem si diuerteris ab vxore tua. lego tibi. c. si occideris titium. hoc legatum non valet: vt institu. de lega. in fine. Et sm istam determinationem intelligitur institu. de heredi. insti. §. impossibilis.

¶ De fideicõmissis.

¶ In superioribus dictum est de legatis: nunc subijciendum est de fideicõmissis. Et est differentia inter h: quia legatum est directum relictum: fideicõmissum est obliquum relictum. Unde legatum relinquitur per hec verba. tali amico meo. x. do lego. fideicõmissum relinquitur per obliquũ dum dicit testator. tali amico meo decem dari volo: vt. s. de verb. signifi. l. cum quidam. Colligitur hec differentia vbi dicit do lego: et ibi dicit dari volo. Item legatum habet relinqui ab herede. aliquis ita dicit: instituo mihi talem heredem. tali amico meo. x. lego. ipse legatarius petet ab herede. Fideicõmissum potest peti ab alio. verbigratia. instituo mihi talem heredem. ab herede meo tali amico meo. c. dari volo. et committo eius fidei vt det quinquaginta tali amico meo. vt. ff. de lega. ij. l. impr. in princip. et. §. j. Unde legatum proprie directis verbis relinquitur: vt do lego. Fideicommissum obliquis verbis relinquitur: vt per verba dari volo. Olim tamen multe alie differentie erant: que hodie recesserunt ab aula. Olim legatum petebatur ab herede inuito act. ex testamento. Fideicõmissum non petebatur ab inuito herede: sed implorabatur iudicis officiuz: vt de equitate seruaret heres fidem testatoris: vt hic colligitur et institu. de singulis rebus per fideicom. relictis. in princip. et institu. de fideicom. here. in princi. Sed iste differentie recesserunt ab aula. vt. j. communia de lega. l. j. et. ff. de lega. j. l. j. Licet autem per omnia sint exequata legata et fideicom. hodie tamen remanent predicte differentie: quia legatum directis verbis relinquitur: fideicom. obliquis. Item legatum petitur ab herede: fideicom. ab herede vel ab alio. Item remanent quedam differẽtie: quia quedam adiungimus fideicõmisso: que nõ adiungimus legato. Audiuistis vnq̃ dici de legataria hereditate: et de legatari a libertate? Certe non. sed bene audiuistis dici de fideicõmissoria libertate et de fideicõmissoria hereditate. vt. j. de fideicõ. liber. et insti. de fideicom. heredi. et. ff. ad trebel. per totum. Unde de fideicom. videamus a quibus possunt relinqui. vt. j. e. l. ab eo. et que sit pena non soluentis fideicom. vt. j. e. l. vlti. et auc. ibi posita.

Si probaueris. In. l. ista not. ita casum. Quidam accessit ad imperatorez proponens ei questionem talem. Domine imperator quidaz demetrius nomine fecit codicillos minus solemnes: puta corãz duobus vel tribus testibus. et in illis codicillis matrem suã succedentem sibi ab intestato per fideicom. rogauit. et commisit fidei matris sue vt ipsa daret mihi annuatim vestiariuz et mẽstrua alimenta. mortuo demetrio testatore: mater eius bene annuatim vestiarium et menstrua alimenta mihi triennio soluit: modo soluere non vult. quero a vobis vtrum possim eaz conuenire vt soluat preterita alimenta et in futurum prestet? Respondet imperator. si tu poteris probare demetrium testatorem commisisse fidei matris sue vt prestaret tibi vestiarium annuum et menstrua alimenta et ipsa prestitit triennio: potes eam conuenire pro preteritis alimentis annuis pro quibus non soluit: poteris etiam eam conuenire vt in futurum soluat. Tex. si probaueris. sub. iudici. nam ei fides est facienda: vt. s. de edendo. l. procur. Tex. demetrium. sub. testatorem. Tex. petisse. sub. per fideicõ. vt faciat ad titulum. et poteris probare fideicommisisse ei in minus solẽni voluntate: vt in codicillis factis corãm duobus vel tribus testibus: cum corãm. v. debeant fieri. vt. s. de codicillis. l. vl. §. vl. Tex. exoluantur. sub. a competenti iudice vel conditione ex hac. l. quia non est cautum qua actione agatur. et quotiẽs etc. vt. ff. de condi. ex lege. l. vnica. vel vtili actione ex testamento: quia pro relictis in testamento datur directa actio ex testamento. pro relictis in codillis etiam solemnibus datur vtilis. vt. s. de codicil. l. vlti. Et licet iste codicillus non fuerit solemnis: habetur pro solemni ex quo triennio soluit.

¶ Or segnori ad. l. istam opponitur primo sic. quia aut ista vltima voluntas fuit solemnis: aut non fuit solẽnis. Si ista vltima voluntas fuit solemnis: pro. l. seruanda est. vt. ff. de condi. et demon. l. in conditionibus. vnde siue mater defuncti seruauit eam triennio siue nullo tempore: cogitur seruare in futurum. vnde frustra dicit hec littera q seruauit triennio. Si fuit minus solemnis: non debet seruari. quia ex minus solemni voluntate non debentur relicta. vt. j. e. l. si veritas. et. l. si ex testamento. licet sponte possit solui. vt. s. de testa. l. non dubium. et. j. l. proxi. quid ergo dicemus? Dixerunt quidam q hic fuit solemnis. et q dicit littera triennio. sub. maxime. quia idem etiam si non triennio soluit. Sed verius est vt dicamus q fuit minus solemnis vt dixi in casu: vnde iure communi non debet seruari vt in. l. prealleg. Est tamen hoc speciale fauore alimentorum: vt si soluit triennio: cogatur soluere in futurum. Sed ad. l. istam signantur infinita contraria. statim enim videtur q si soluit triennio: non preiudicat ei vt soluat in futurum. vt. s. de vsuris. l. creditor. Ad qd potest dici illa. l. loquitur in vsuris que odiose sunt: ista loquitur in alimentis que sunt fauorabiliora et fauore sunt ampliandi et odia restringenda sunt sicut legitur. ff. de liberis et posthu. l. cuz quidaz. ¶ Sed denuo. l. videtur velle q si libertus soluit operas quas non debet: non preiudicat sibi vt soluat in futurum: vt colligitur. ff. de operis liber. l. operis. Ad quod vos ita dicetis. opere artificiales et fabriles odium quasi in se continent. vnde si soluit eas quas non debebat: non tenetur soluere in futurum. sed soluere alimenta est fauorabile. vnde si soluit triennio: tenetur soluere in futurum vt hic. Uel potest dici qd dicit illa. l. regulariter est veruz. fallit hic fauore alimentorum. ¶ Sed denuo. l. videtur contradicere que dicit q si aliquis etc. vt. s. de pactis. l. si certis annis. Ad quod dixerunt quidam. ibi soluit minus triennio. hic soluit triennio. que solutio non est bona: cum tempus etc. vt. ff. de act. et obli. l. obligationum. §. placet. Sed potest dici q hoc est speciale fauore alimentorum. ¶ Sed denuo videtur contra. ff. ad. l. fal. qd de bonis. §. ij. Ad qd vos dicetis vt modo dixi. Sed videtur q non sit

Preses prouincie.

In.l. iſta di citur. Poſſideo predium pariſius.pariſiē. turbat me.ſi pariſienſem cōueniam ibi : ille neſcit iura romana. vnde volo conuenire pariſienſem coram rectore italico.certe nō poſſum.quia rector prouincie nō poteſt cognoſcere: nec ex interdicto:nec ex aliqua actione contra eum qui de ſua ꝓ, uincia non eſt.i.qui de italia non eſt.hoc dicit. Tex. preſes prouincie ꝛc̄. Pone rector italie. Tex.qui eiuſdem prouin cie non eſt.i.qui non eſt italicus. Tex. nec ex interdicto. q. d.nedum ex actione. Tex. poteſt cognoſcere.ſub. duplici ratione. Una quia extra territorium iuſdicenti impune nō paretur.naz preſes habet ius in ſuo territorio:non in alio: vt.ff.de iuriſdi.om.iudi.l.vlti. Item ꝛ alia ratiōe.quia actor debet ſequi forum rei:vt.ff.de offic. pre.l.iij. ꝛ.s̃. de iuriſdi. om.iudi.l.iur̃ ordinem conuerti poſtulas.fallit in caſu fauo re libertatis beneficio artificuliano:vt.ff.ḋ fideicom. liber. l.non tantum.§.artificuliano. Unde no.hic regulam ꝛ in, ſtantiam regule.regulariter preſes prouincie nec in actio, ne nec interdictis poteſt cognoſcere de cauſis hominum qui non ſunt ſue iuriſditionis:ideſt qui ſunt ex aliena iuriſ, ditione.regule inſtantia eſt ratione reconuentiōis.ꝛ ſic hoc caſu rector italie cognoſcet contra pariſienſez:vt.s̃. de ſen. ꝛ interlo.om.iud.l.cum papi.in auc̄.ꝛ conſequenter. ꝛ.ff.de iudi.l.ij.§.ſed ſi agant. Item fallit ſi ſponte aditur a ſciente eum non eſſe ſuum iudicem ꝛ conteſtatur litem coram eo: quia tunc fit prorogatio de perſona ad perſonā:vt.ff. de iu, riſdi.om.iudi.l.j. ꝛ.ff.de iudi.l.j.ꝛ.l.ij. Item fallit ratione delicti.vt.s̃.vbi de crimi.agi opor.auctē.qua in prouincia.ꝛ ff.de offi.preto.l.iij. Item fallit fauore libertatis: vt dixi.ff. de fideicom.liber.l.non tantum.§.artificuliano. Item fallit ratione poſſeſſionis ſi ibi.eſt vel ſi non eſt ibi:vis facta fuit ibi:puta dum vellem ire ad prediuz meū ꝛ videre illud:pa, riſienſis venit obuiam mihi ꝛ me cepit ꝛ impediuit me ire. ꝛ ſuſpicatus fui me poſſe repelli: qꝛ pariſienſis tenet̃ rñde, re coram rectore:vt.s̃.vbi de poſſ.agi opꝫ.l.vnica.ꝛ.ff.de vi ꝛ vi ar.l.j.§.eum qui.ꝛ.§.idē labeo ait.

Incerti iuris.

In.l. iſta duo dicuntur prin, cipaliter: ſiue due ponuntur regule. Prio dicitur ſiue prima regula eſt. ſi volo petere a te proprietatez alicuius rei:ꝛ mouere tibi queſtionem ꝓprietatis ꝛ poſſeſſionis in eo dem libello:hoc facere nō poſſum. Sed prius dꝫ decidi qḋ poſſeſſionis q̄ ꝓprietatis. Scḋo dꝫ de ꝓprietate litigari. Tertio dicitur ꝙ lꝫ hodie actio ꝓponat̃ ſine ſolemnitate. ꝛ interdicta nō fiant act̃. tñ ad ſimilitudinem actionū propo, nuntur:lꝫ interdicta in extraordinarijs iudicijs locum non habeant:ꝛ ſic non ſunt extraordinaria. Text.incerti iuris nō eſt.imo certe ꝛ ordinarij iuris eſt. Nā hic eſt ordo iur̃ vt prius de poſſeſſione q̄ de proprietate cognoſcatur:vt.s̃.de rei vendi.l.ordinarij.ꝛ.s̃.de appel.l.j.ꝛ.ff.de acquir.poſſ.l. exitus. Tex.orta proprietatis ꝛ poſſeſſionis lite.ſub.ſuper eadem re ꝛ ab vna eadēqꝫ pte.ꝛ ita legitur hec lr̃a vno mō. Pōt ꝛ legi ſcḋo mō. Tex.orta ꝓpetatis ꝛ poſſeſſiōis lite.ſ. orta proprietatis.ſub. ab vna parte. ꝛ poſſeſſionis. ſub. ab alia parte. Tex.competentibus actionibus:ideſt competē, tibus

tibus interdictis. Nam interdicta sunt prodita de possessione: et sunt possessoria iudicia. acf. nõ sunt possessoria iudicia: quia nemini prodita est actio super possessione: vt. ff. vti poss. l. j. §. hoc interdictum. et §. item hoc. Uel exponatis competentibus actionibus. i. competenti actione pretoria vt est actio in factum que datur loco cuiuslibet interdicti: vt insti. e. in fi. quia actio in factum est generalis: vt. s. de sacrosan. eccle. l. sancimus. j. vel potest intelligi competentibus actionibus. s. cuiuslibet iudicis interdictum. quia in casibus est possessoriũ iudiciũ vt est conditio indebiti: quia est possessorium iudicium: vt. ff. de condi. inde. l. indebiti. §. sed si nemini. Item conditio triticaria est possessorium iudicium: vt. ff. de condi. triti. l. ij. Item conditio ex. l. est possessorium iudicium: vt. s. loca. et conduc. l. siquis cõductionis. et s. de acquir. poss. l. vlti. Item iudicis officium est possessorium iudicium. vt no. s. de edic. diui adri. tol. l. vlti. Tex. exigantur. nam hic est exitus possessionis etc. vt. j. vti posses. l. vna. et ff. de acquiren. posses. l. exitus. et hucusq; durat primum dictum et prima regula. Tex. interdicta autẽ. Incipit secundum dictum et secunda regula. Tex. licet in extraordinarijs iudicijs. idest in extraordinarijs actionibus tantum. Tex. tamen ad exemplum eorum. extraordinariorum iudiciorum. vel ad exemplum eorum. i. extraordinariorũ actionum. Tex. res agitur. i. causa sic exponitur. s. de eden. l. ij. et ibi dixi. quia vbi interdicta habent locum non habent locũ extraordinaria auxilia. ¶ Sed quid est hoc dicere? interdicta autem licet in extraordinarijs iudicijs proprie locũ non habeant: tamen ad exemplum eorum res agitur. R. segnori vos debetis scire. olim omnes actiones dicebantur ordinarie. et dicebantur ordinarie quia debebant impetrari a pontificibus illius anni: et eis impetratis debebant proponi cũ solemnitate: vt. ff. de ori. iu. l. ij. §. deinde. Sed hodie est contrarium. s. q non est necesse actionem impetrari a pontificibus vel cum solemnitate ꝓponi. Item actiones hodie sunt extraordinarie: idest extra antiquum ordinem solemnitatis habent proponi: vt. s. de for. et impe. subla. l. j. et ij. dixi. sic et interdicta non habent proprie locũ in extraordinarijs acf. idest interdicta non sunt actiones: sed ad exemplũ actionũ introducta sunt et proponuntur. Unde sicut hodie proponuntur actiones sine solẽnitate: ita et interdicta: vt. j. l. pxi. Et ideo sunt introducta interdicta ad exemplum eorũ. quia actionum quedam sunt pretorie quedam ciuiles. sed interdicta omnia sunt pretoria. Item actionum quedam sunt in personam quedam in rem. sed interdicta sunt proprie inter duos dicta: vt. ff. e. l. j. in prin. et ff. vti possi. l. si duo. in princ. Item omnes actiones sunt ciuiles: vt. ff. de origi. iur. l. ij. §. deinde. sed interdicta sunt pretoria: vt insti. de interdictis. in prin. Item actiones omnibus competunt et in rem prodite sunt: vt. ff. cõmo. l. j. in prin. et ff. si qua. pau. fe. di. l. j. et sic patet q aliud est actio et aliud interdictũ. qd patet ex eo q alie sunt rubrice. ff. et C. de interdictis. et si idem essent non haberẽt nomina diuersa. vt. s. de codicil. l. si idem. ¶ Or segnori queritur circa prin. huius. l. vtrum petitorium et possessorium possint simul et vno eodemq; libello proponi? de qua qõne plene dixi. s. de rei vẽ. l. ordinarij. Unde que ibi dixi hic potestis repetere si placet.

Siquis. In. l. ista dicitur. Siquis vult proponere aliquod interdictum non habet necesse proponere cum ambagibus: sed sine solemnitate debet proponere. Tex. siquis quodlibet interdictũ. sub. siue adipiscende possessionis siue retinende siue recuperande. Tex. effiagitet. idest proponat. Tex. ambagib9. idest solemnitate verborum sublata que erat. siquis caderet a sylla ba caderet a tota causa. Tex. auspicia. idest auguria: et vult hoc dicere. legitur q veteres multum credebant augurijs vt faciunt prouinciales. Unde auspicia sunt auguria. quid faciebant veteres audite. dicebant antiqui. Quando proponam interdictum meum? Non in mense Januarij. sed expectabo mensem Martij. Plus faciebant si adueniente vere audiebant canere cucculum dicebant. Mortuus su3: quia hodie volebam proponere interdictum meum: vnde non proponam. Si audiebant canere phylomenam: gaudebant et proponebant interdictum. Sm Joan. dicitur auspicium et augurium cum est incertum qd eueniat et siquis obtinere debeat. sed hoc recessit ab aula: et hoc reputatur a fidelibus heresis. Uel exponatis auspicia. idest principia: quia in principio litis et in ipsa contestatione debet proponi actio. Et circa. l. istam not. q quedam interdicta proponuntur negatiue: quedam affirmatiue. quia primo debet agi questio possessionis q̃ proprietatis: vt insti. eo. §. adipiscende. negatiue: quia nullum interdictũ infirmat: vt. ff. de vi et vi ar. l. iij.

¶ Quorum bonorum.

¶ De interdictis in genere dictum est. Uerum quia quedam interdicta sunt adipiscende possessionis: quedam retinende: quedam recuperande. et quia interdictum quorũ bonorũ qd proponitur pro vniuersitate est dignius: ideo primo ponitur hoc interdictum. et ponuntur hec verba rubrice materialiter. et ideo debet exponi vt aliquid significet. quorum bonorum: idest de interdicto quorum bonorũ videamus et subijciamus.

HEreditatem. Casus huius. l. facilis est. Et in. l. ista dicitur. Accessi ad principem et dixi. domine imperator pater meus dux esse3 filius emancipatus preteriuit me. ego quid feci: agnoui bonorum posses. contra ta. data mihi a pretore bonorum poss. contra ta. inuenio quẽdam qui possidet hereditatem patris mei: conuenio eum interdicto quorum bonorum coram alio iudice. ipse dicit q debeo probare me filium esse et bonorum posses. agnouisse. dico enim q probaui coram pretore. queritur quid iuris sit? Ad quod respondet imperator q licet probauerim coram pretore me esse filium et agnouisse bonorũ possessionẽ eius: tamen nunc coram iudice coram quo agitur interdicto quorum bonorum debeo probare me esse eius filium et agnouisse eius bonorum possessionem. hoc dicit. Tex. hereditatem eius: idest bonorum posses. vel. i. possessionem reru3 hereditariarũ. et quare ita expono? quia hoc interdictum non dat ad incorporalia: vt. ff. e. l. ij. Text. agnouisti. loquitur sm antiqua tempora sm que non petitur sed agnoscitur. sic. ff. de bo. pos. l. j. et s. qui admit. ad bo. pos. possunt. l. vlti. Tex. vel pro idest. ¶ Or segnori habetis in. l. ista cui datur interdictum quorum bonorum. quia directum datur bonorũ possessori. vtile heredi: vt. ff. e. l. j. Item no. q in interdicto quorum bonorum debet duo probare iste filius. s. se filium et bonorum posses. agnouisse vt hic dicitur. ¶ Sed instatur hic dupliciter. quomodo probabit aliquis se filium cu3 probare se filium impossibile est? vt. ff. de con. et demon. l. lucius. Ad quod dico dupliciter. Et vno modo sic. q quis ꝓbet se filium illius masculi est impossibile: cum solus deus sciat cu3 filius generatur. et sic loquitur. l. contraria. probat tamen presumptiue q est filius: quia probabit q mater sua contraxit matrimonium cum tali et vocabat eum tanq̃ filiũ. et ille est filius quem iuste nuptie demonstrant: vt. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. l. filium in princi. et ff. de in ius vo. l. pater. et. l. quia. et insti. de pa. pote. in princi. de matre facilis est probatio: quia probabit per obstetrices que leuauerũt ipsum et viderunt eum nutriri. Uel dicatis qd dicit. l. contra. q impossibile est probare se filium: debet intelligi quando erat institutus sub potestatiua cõditione. nam pater potest instituere filiu3 sub potestatiua conditione: non sub casuali vel mixta. Sed in. l. ista pater instituit filium: si probauerit se filium eiusdem vel bonorum posses. agnouisse. non sub potestatiua conditione: vnde non valet institutio: vt. s. de here. insti. l. si pater. et s. d insti. et sub. sub. conditione factis. l. si. pater. et l. j. ¶ Secundo instatur. si filius probauit se semel filium coram pretore cum petijt bonorum pos. quomodo iterato probabit se filium corã iudice cora3 quo agit interdicto quorum bonoru3? cum facultas ꝓbatiõis etc. vt s. de here. et ma. l. quoniam. Respon. sm quosda3 non pro/

babit se filium coram iudice coram quo agitur interdicto quorum bonorum: sed probabit se bonorum posses. agnouisse. et sic probabit semiplene non plene. sic et alibi est simile scilicet quod probatur semiplene. s. de his qui veni. eta. im. pe. l. ij. Sed hec solutio non placet. vnde vos ita dicatis quod et nunc coram iudice coram quo agitur interdicto quorum bonorum probabit plene: si in dubium reuocetur. Nam quod primo probauit filius non fuit in forma vel figura iudicij. quia quandoque admittitur ad bono. possess. qui non admittitur ad litigandum: vt dixi plene. s. qui admit. bono. posses. possunt. l. bonorum. Et ad hoc facit. ff. de lega. pre. contra tabu. bono. possess. pen. l. filium. §. siquis. et ff. de bonorum possess. l. seruus.

SI ex edicto. In. l. ista ponitur talis casus. Soror mea patruelis decessit. intestata. agnoui bonorum possess. eius. ea agnita inuenio quendam qui possidet eius hereditatem siue bona. nunquid potero eum conuenire interdicto quorum bonorum? Certe sic. siue possideret pro herede siue pro possess. siue dolo malo desinat possidere: si negocium non est determinatum sententia vel transactione. Tex. si ex edicto. scilicet pretoris de bono. possess. Tex. sororis patruelis. dicitur soror patruelis illa que est nata ex fratre patris mei. Tex. bono. possess. sub. vnde agnati: vt institu. de legi. ag. suc. per totum. Tex. ac negocium integrum est. et dicitur integrum si non est determinatum sententia vel transactione. Tex. dolo ve. pro et. Text. restitui efficiet: idest faciet. ¶ Dor segnori super. l. proxi. habuistis cui datur interdictum quorum bonorum: quia datur directum bonorum possess. vtile datur heredi. Hic habetis contra quem datur. et datur contra eum qui possidet pro herede vel pro possess. vel dolo malo desijt possidere. ¶ Sed instatur et opponitur. et videtur quod detur contra possess. vniuersorum bonorum: non contra singularem possessorem. vnde contra dicitur. ff. e. l. j. in fi. ¶ Ad solutionem cuius contrarij vos ita dicetis sicut ibi dixi.

COnstat virum. In. l. ista dicitur. Si vxor mea decessit intestata superstitibus consanguineis suis et me marito suo: certum est quod ego maritus non succedo ei ab intestato. et ideo si agnoui eius bonorum possessionem: consanguinei eius poterunt me conuenire interdicto quorum bonorum. et restituta bono. posses. si puto me aliquod ius habere in proprietate: de eo potero litigare. Tex. esse extraneum. quia non succedit vir vxori nisi cum deficiunt agnati vel cognati: vt. s. vnde vir et vxor. l. j. dixi. Tex. eos: idest consanguineos repulso viro. Tex. faciat. iure pretorio per vnde agnati vel per vnde cognati. Tex. per interdictum quorum bonorum. sub. quod est adipiscende possessionis: vt. ff. eo. l. j. in fine. Tex. in petitorem: idest in consanguineum. Tex. non exclusa. sub. si vxor aliquas res viri possideat tanquam suas que in consanguineum transferuntur: salua repetitione viro super proprietate: vt. s. tit. proxi. l. incerti iur non est.

¶ Quorum legatorum.

¶ Supra titu. proxi. dictum est de interdicto quorum bonorum quod est generale et vniuersale. et est adipiscende possessionis scilicet quorum legatorum: et est singulare. i. datur pro rebus singulis. ideo subijcitur hic tit. scilicet quorum legatorum. sub. videamus cui detur et inquantum detur et contra quem detur et qualis sit.

HEredi scripto. In. l. ista dicitur. Quidam fecit testamentum et patrem meum sibi heredem instituit et reliquit tot legata quod locus erat. l. falcidie venit quidam legatarius: et iacente hereditate occupauit legata. et postea pater meus adiuit hereditatem. quomodo subuenitur patri meo? vel si fuerit mortuus pater meus: quomodo subuenitur mihi? Respondetur quod pater meus poterit agere interdicto quorum legatorum. et ille qui occupauit legata patri meo tenetur restituere prestita satisdatione de legato prestando si non est locus legi falcidie. Vel si pater meus est mortuus: ego agam ex persona patris mei si ei successi contra eum qui occupauit legata et prestabo cautionem de legato restituendo. Text. interdicti. sub. quorum legatorum. ¶ Dor segnori in. l. ista no. quod si legatarius occupat rem legatam sine voluntate heredis: iacente hereditate tenetur restituere heredi possessione rei legate: per interdictum quorum legatorum vt heres defalcet: et heres satisdat de legato restitu. si locus non est. l. falcidie. si voluntate heredis occupat: post aditam hereditatem non tenetur: vt. ff. eod. l. j. §. quod ait. ¶ Item no. hic quod licet hoc interdictum detur contra legatarium: non tamen datur contra donatarium: vt. ff. e. l. j. §. siquis ex mortis causa. ¶ Sed que est ratio diuersitatis cum sint similes: vt. j. de donat. causa mor. l. j. Respondeo in. l. ista. et. ff. e. l. j. §. siquis ex mortis causa. est duplex littera. Vna que dicit quod non datur interdictum pro mortis causa contra donat. Alia dicit quod datur si est in littera quod non datur contra donatarium hoc interdictum. Vos ita dicetis cum donatio causa mortis a defuncto est relicta: et legatarius petit ab herede: modo sibi ius dicit vt hic. et. ff. e. l. j. Sed si donatio est tradita a defuncto: vnde magis a defuncto videtur donatarius occupare quam ab herede. et ideo quia ius habet a defuncto. tunc habet locum quorum legatorum vt falcidia detrahatur: vt. s. ad. l. falcidiam. l. penul. ¶ Sed instatur ad. l. istam et videtur quod si legatarius occupat rem legatam sua auctoritate cadit a iure suo: vt. s. de leg. l. non dubium. et. ff. quod me. causa. l. extat. et. j. titu. proxi. l. siquis in tantam. et. l. cum querebatur. Ad quod vos ita dicetis. si legatarius occupat rem legatam: iacente hereditate habet locum quod hic dicitur scilicet vt non cadat a iure suo sed restituat possessionem: vt heres detrahat falcidiam. Si autem legatarius occupat rem legatam post aditam hereditatem tunc cadit a iure suo. et sic loquuntur. ll. contrarie. ¶ Sed denuo instatur. cum legatarius occupat rem legatam: et heredes agunt contra eum hoc interdicto: nemo poterit dicere legatario dolo facis quod petis quod restitues. vnde videtur contra. ff. de doli. excep. l. dolo. Ad quod respondent quidam. illa regula. dolo facis etc. habet locum in petitorijs: non in possessorijs. Sed certe male dicunt: quia in petitorijs non in possessorijs habet locum: vt. ff. ad carb. l. iij. §. cause. vt. ff. vt in possess. lega. l. si is a quo. Ergo respondetur hoc modo. illa regula habet locum si incontinenti vult probare de iure suo vel non: vt argumen. ff. ad carbo. l. iij. §. ibidem. vel habet locum illa vt dixi. s. loca. et conduc. l. siquis conductionis titulo. ¶ Sed quero hic. legatarius occupat rem legatam sua auctoritate: et iacente hereditate heres non conqueritur de falci. idest non dicit quod sit locus. l. falcidie. nunquid datur interdictum quorum legatorum contra legatarium? Dixit dominus Azo quod non secundum Plac. et hic approbat. et ita scripsit hic in apparatu suo et in summa huius tit. Sed certe salua auctoritate sua non bene dixit nec bene scripsit. quia due sunt rationes quare agit heres hoc interdicto contra legatarium qui occupat rem legatam. Vna quia non debet legatarius occupare rem legatam sua auctoritate. sed debet agere contra heredem. Secunda ratio est: quia si locus est falcidie datur heredi hoc interdictum contra legatarium. vnde licet cesset ratio. l. falci. non tamen cessat illa ratio: quia dixit sibi ius legatarius sua auctoritate occupando rem legatam: quod facere non debuit: vt. ff. e. l. j. in princ. siue ergo vtraque ratio locum sibi vendicet siue altera tantum: datur heredi contra legatarium hoc interdictum.

¶ Vnde vi.

¶ Ista rubrica ita continuatur ad superiora. dictum est. s. de duobus interdictis qui sunt adipiscende possessionis. hic autem ponitur de interdicto quod est recuperande possessionis. vnde ponitur rubrica. vnde vi. vnde hec rubrica ponitur

ponitur materialiter. vnde vt aliquid significet ita subaudiē dum est. vnde vi. scilicet de interdicto vnde vi. videamus ⁊ subijciamus. cui detur ⁊ contra quem detur ⁊ ad quem detur ⁊ quid veniat in eo. Uel dicatis q̄ in rubrica ponuntur verba edicti non integre sed detruncate. quia dicitur. ff. eo. l. j. in princi. ait pretor vnde vi. idest de quo loco vi aliquem deiecisti restituam.

Recte possidenti. In .l. ista ponitur casus talis. tu in veritate possidebas aliquem fundum ciuiliter ⁊ naturaliter animo ⁊ corpore vel ciuiliter tantum vel naturaliter tantum. quidam venit ⁊ per vim vult te de possessiōe illius fundi deijcere. tu vis ei resistere ⁊ retinere possessionem. modo querit an liceat? Ad quod respondet imperator q̄ recte possidenti licet per viꝫ resistere ⁊ suā possessionem retinere cum moderamine inculpate tutele. hoc dicit ista .l. ¶ Or segnori videte statim litteram. Tex. recte. Segnori hec littera potest ita ordinari. licꝫ recte. idest iuste. vel recte. idest vero possidenti. mihi illam propulsare ad defendendam possessionem. sub. cum moderamine inculpate tutele. Potest etiam sic ordinari. recte possidenti. sub. fundum. propulsare illicitam vim licet: idest licituꝫ est. sub. cum moderamine inculpate tutele ad defendendam possessionem quā sine vicio. turbat. ¶ Or videatis summariā expositionem littere. Tex. recte possidenti. idest iuste quia bona fide possidebat. ¶ Sed ad hanc expositionem opponitur. ⁊ videtur q̄ hoc interdictum detur ⁊ non iuste possidēti: quia datur predoni si deijciatur: vt. ff. e. s. de vi ⁊ vi arma. l. j. §. qui vi. Quare dicetis q̄ ſm hanc expositionem subaudiendum est maxime: quia idem est ⁊ si non iuste. nam licet ei vim illatam propulsare. Alij voluerunt dicere. ideo dicit hec littera. recte. idest iuste quia siquis possidet iuste potest resistere inferenti vim omni tempore incontinēti ⁊ ex interuallo. Sed si non possidet iuste potest incōtinenti resistere: non ex interuallo. Sed hec expositio non est bona: quia nō probatur aliqua. l. Item aliud quando ex interuallo. aliud quando incontinenti quis resistit. vt. j. videbitis. Potest exponi ⁊ alio modo vt dixi in casus positione. ⁊ hec expositio caret omni scrupulo. Tex. recte. idest vere. quia eis qui vere possident datur hoc interdictum: vt. ff. eo. l. j. §. de herēditate. Sed non his qui non vere possidēt immo detinent: vt est colonus qui detinet ⁊ non possidet: vt. ff. de acquiren. possess. l. vlti. ⁊ ideo quia detinet non datur ei hoc interdictum: quia istud interdictum datur ei qui possidet tantum: vnde non datur colono. Tex. ad defendendam possessionē. sub. rei solide vel rei immobilis. quia interdictum vnde vi. est proditum pro possessione rei immobilis: non pro possessione rei mobilis. Sed gratia immobilis datur pro re mobili: vt. ff. eo. l. j. §. illud. ⁊. j. eo. l. si quando. Tex. quam sine vicio. hec littera potest exponi dupliciter: vt dictio recte. Uno modo sic. quam sine vicio. idest sine fictione. Alio modo. idest iuste. Tex. inculpate tutele. sub. tamen. Tex. illataꝫ vim. sub. sibi. Tex. propulsate. sub. resistendo ⁊ se defendendo. Tex. licet. idest licitum est. ¶ Or segnori in. l. ista not. duo tempora ⁊ ſm hec duo tempora prosequamur processum huius. l. Est tempus cum quis possidet animo ⁊ corpore ⁊ de fundo deijcitur. Est tempus cum quis possidet ⁊ de fundo non deijcitur. ⁊ sic perficitur vis illata. Est tempus deiectionis ⁊ vis illate ⁊ perfecte si sumus in tempore vis illate ⁊ perfecte. verbigratia. possides fundum ciuiliter ⁊ naturaliter animo ⁊ corpore tuo. expello te de illo fundo per vim. tu habes ista remedia. si incontinenti vis recuperare possessionem illius fundi per vim: hoc tibi licet. ff. eo. l. iij. §. cū igitur. ⁊ videris incontinenti recuperare si recuperas anteq̄ diuertas ad extraneos actus ⁊ nego. vt. ff. de verbo. obliga. l. continuus in princip. ⁊. ff. de duo. re. stip. l. duos. ⁊ ff. de testa. l. heredes palam in fin. cum. l. sequen. ⁊. ff. de adi. men. lega. l. q̄ ait. Sed si non vis incontinenti recuperare per vim sed recurrere interdictum vnde vi: hoc tibi licet. vt ff. eo. l. j. in prin. ⁊. §. deijcitur. Est ⁊ secundum tempus cuꝫ quis possidet ⁊ de fundo non deijcitur: ⁊ sic non perficitur vis illata. verbigratia. possides fundū animo ⁊ corpore. ⁊ ego te aggredior vt exeas. tu non vis exire: immo mihi resistis. hoc facere licet: quia licet vnicuiq; retinere suam possessionem ⁊ vi resistere. sicut probatur. ff. eo. l. j. §. vnde vi. ⁊ ff. de iusti. ⁊ iure. l. vt vim atq;. ⁊. ff. ad. l. acquil. l. scientiam §. qui cum aliter. ⁊ licet tibi vim vi repellere: ⁊ aggredienti te per vim resistere cum moderamine inculpate tutele. Et in ista moderatione tria requiruntur: vt quis dicatur moderate ⁊ sine culpa se tueri. Unuꝫ est: si volo te deijcere vt incontinenti resistas: non postea ex interuallo: vt. ff. eo. l. iij. §. cum igitur. Item scd̄m est: vt si armis te aggredior: mihi resistas cum armis. ⁊ si sine armis te aggredior: sine armis mihi resistas: vt. ff. eo. l. iij. §. cum igitur. ⁊ appellatione armorum continentur omnia tela: hoc est fustes ⁊ lapides ⁊c. vt. ff. eo. l. iij. §. armis. ¶ Sed circa hoc illud quero. pone ego qui sum fortissimis quasi athleta te sine armis aggredior: volens te deijcere de possessiōe illius fundi quē possides. tu es debilis persona. nunquid hoc casu propter inequalitatem personarum licebit tibi armis resistere? Et certe potest dici hoc casu q̄ propter inequalitatem personarū licebit tibi armis resistere. ideo quia equalitas seruāda est. quia sicut iudicia ⁊ arbitria non debent claudicare: ita ⁊ alia negocia. sic ⁊ hic: vt. ff. de arbi. l. si cum dies. §. penulti. ⁊. s. de postu. l. prouidendum. ⁊. s. de fruc. ⁊ lit. exp. l. termi. nato. ⁊. l. vltima. ⁊. j. de prepo. sacro. scri. l. vlti. lib. xij. Preterea omnia iura clamant vim vi repellere licet vt. s. dixi. Sed ⁊ versatur circa moderamen huius tutele tertium scilicet vt tu vi resistas animo defendendi: non animo te vindicandi. ⁊ hoc est quod dicit littera caute. si bene intelligatis eam cum moderamine inculpate tutele ⁊ non vindicte. ⁊ ideo dicunt vim vi repellere licet etiam defendendi causa: vt. ff. ad. l. aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. Et dicitur aliquid fieri defensionis causa ⁊ non vindicte causa quando aliter non potest resistere. sed cum aliter potest resistere: tūc vindicte causa facere videtur: verbigratia tu es in possessione alicuius fundi tui. aggredior te ⁊ volo te deijcere. tu incipis vi resistere. circunstantes qui viderunt aggressuram tuam: inceperunt clamare contra me. ⁊ his cursis: ego intimoratus cepi fugere ⁊ exiui extra fundum. tu prosecutus es me extra fundum ⁊ extra fundum percutis me. hoc casu non facis ad defensionem: immo ad vindictam: ⁊ ideo puniris: quia non dicitur fieri cum moderamine inculpate tutele si aliter te tueri poteris. Sed si dum aggredior te nulli proclamant: nulli currunt. vel si clamant vel currunt: non dimitto pro eis. ⁊ hoc casu si resistis violenter vt deijcias me de fundo: hic es vsus defensione nō vindicta. Naꝫ videris facere cum moderatione inculpate tutele: cum aliter non potes cōsulere: ⁊ ideo hoc casu excusaris. ¶ Sed circa hunc articulum aliqua quero. Tu es in pacifica possessione fundi. aggredior te cum armis vt exeas. tu nō vis exire. dico ego. immo exibis. dico ego. si non exeas occidaꝫ te. dicis tu: non exibo. ego nō percutio te: preuenis me in percutiendo. Dixerunt antiqui. videris facere ad vindictam non ad defensionem: quia debuisti expectare vt primo percutiaris. ⁊ pro hoc errore est argumē. de bo. que libe. l. qui cum maior in princip. ⁊. §. j. ⁊. ff. ad. l. aquil. si ex plagis. §. tabernarius. ⁊. ff. si qua. pau. fe. di. l. cum in arietes. Sed hec opinio non videtur bona. ⁊ dicimus q̄ non habet aggressus expectare vt percutiatur. quia forte posset recipere talem ictum q̄ nō posset postea repercutere. vnde sufficit terror armorum vel iactatio percussionis. ⁊ pro hoc est argu. ff. eo. l. iij. §. qui armati. ⁊. ff. ad. l. acquil. sed si quecunq;. in princip. ⁊. j. ad. l. cor. de sica. l. is qui. ¶ Sed denuo quero hic. eras in pacifica possessione fundi tui. vi armis te aggredior. tu vero mihi resistis ⁊ me vincis occidendo vel debilitando me. nescimus si tu fecisti ad tuitionem vel ad vindictam. quid debemus presumere vtrum ad vindictam: an ad tuitionē feceris? Ad quod dixit dn̄s Iaco. antiquus doctor q̄ si aggressus occidit aggredientem: q̄ semper videtur facere defensionis causa siue ad tuitionem. ⁊ pro se in,

ducit in argumen.§. quando liceat vni se sine iudi. vin.l.j. ⁊.ij.⁊.ff.de iusti.⁊ iur.l.vt vim atqꝫ iniuriam. Sed segnori nos dicimus aliter ⁊ dicimus si me aggredientem occidis vel debilitas: presumimus ꝙ feceris ad vindictã nisi contra probetur. ⁊ pro hoc est argumẽ.ff.ad.l. aquil.l.si ex plagis.§. tabernarius. ¶ Sed diceret aliquis vestrum quomodo sciam si fecerit ad vindictam vel ad sui defensionem? Respon. natura facti ⁊ qualitas factoꝝ instruit. vt si aggredior te cum armis: tu incipis resistere ⁊ percutimus nos: ⁊ tu interficis me: defensionis causa videris facere. sed si nos preliamur adinuicem ⁊ tu fortior me vicisti me deijciẽdo in terram ⁊ ligasti me per manus ⁊ pedes: ⁊ me ligato postea occidisti me: vel debilitasti me iterum percutiendo me: videris facere ad vindictam non ad tuitionem: vt satis colligitur.ff.ad.l.aquilia.l.scientiam.§.qui cum aliter.⁊.l.si ex plagis.§.tabernarius. ⁊ hec sunt que faciunt ad casum huius.l.⁊ ad summariam expositionem littere. Modo circa.l.istam alia sunt videnda ⁊ indaganda. Tria enim sunt per que licet aggresso vim vi repellere. gratia rerum suarum: ⁊ gratia personarum suarum ⁊ alienarũ. ¶ Or prosequamur hec verba clare ⁊ aperte per ordinem. Licet aggresso vim vi repellere gratia rerũ suarum. vt si volo te deijcere de possessione tui fundi: licet tibi incontinenti resistere: vt in.l.nostra. similiter si velim tibi auferre capam tuam: licet tibi vi resistere vt hic.⁊.ff.eo.l.j.§. vnde vi. Sed licet vim vi repellere gratia persone tuende: vt si armis aggredior te volens te vulnerare vel occidere: licet tibi resistere: quia quod quis ob tutelam sui corporis fecerit: ipse iur͛ fecisse estimetur.ff.de iusti.⁊ iur.l.vt vim. ⁊ defensionis non vindicte causa licet tibi me occidere: vt.§.quando lici. est vni sine iudi.se vin.l.j.⁊.ij. Item tibi licet vim vi repellere: non gratia persone tue tantum tuende: sed aliene. Quid enim si tu dum sedes in porticu cum armis: ego cum armis non te aggredior: sed filium tuum habens animum occidendi: licet ne tibi cum armis resistere? Certe licet. quia sicut licet cuilibet se pro suo corpore tueri: sic ⁊ liberos suos licet defendere. Nam parentes de liberis magis timent ꝙ̃ de semetipsis: vt.ff. quod me. causa.l.isti quidem. in fine. vnde sicut licet ad defensionem sui resistere. sic ⁊ licet resistere ad defensionem corporis liberorum suorum. Quid erit siquis non aggreditur te nec liberos tuos: sed fratrem tuum: licet ne tibi vim vi repellere fratri illatam? Dixerunt quidam ꝙ non: quasi liceat alicui corpus suum ⁊ liberorum tueri: non autem fratrum suorum. Sed certe dicimus ꝙ licet vim fratri illatam repellere argumen. ⁊ ratione tali. quia.l. dicit ꝙ socij omnium bonorũ debent omnia bona communicare ad instar fratrum: vt argumen.ff. pro socio.l.duobus.§.cum quidam. ⁊.l.verum. in princip. ⁊ sic videtur ꝙ debeat licere fratrem defendere: quia omnia debet communicare. ¶ Sed quid dicemus: infertur vis vxori: licet ne vim vi impune repellere? Et certe dicimus ꝙ sic: sicut in filijs ⁊ fratribus dicitur. quia vir ⁊ vxor socij sunt diuine ⁊ humane domus: vt.j.de crimi. expi. hereditate.l.aduersus. ⁊ interpretatione iuris sunt duo in carne vna: vt.ff.rerum amo.l.j.⁊ pro hoc facit. quia iniuria facta vxori fit viro: vt.ff.de iniurijs.l.j.in fine.cum.l. sequen.⁊ institu.de iureiuran.§.patitur. ¶ Sed quid dicemus in alijs coniunctis personis non liberis: non fratribus: non vxoribus: licet ne vim vi repellere? Quidam dicunt ꝙ sic. Nã nostra interest coniunctas personas defendere: vt argumẽ. ff.de libe.causa.l.j.ij.⁊.iij.⁊.ff.de appel.l. nõ tantum. Sed segnori in coniunctis non est ita expressum. Sed potest dici hoc modo in coniunctis personis ⁊ extraneis. sicut si aggredior: ⁊ coniuncta persona esset mecũ: liceret sibi me defendere. ita siquis aggreditur coniunctam personaꝫ que est mecum: vel extraneam licet mihi eam defendere. ⁊ pro hoc est argumen.j. ad.l.iulia. de vi pu. vel pri.l. quoniam multa facinora. ¶ Secundo not. ꝙ est triplex remedium cum vis infertur. vnum est facti. duo sunt iur͛. Remedium facti est: quia si me deiecisti incontinenti possum resistere: ⁊ possessionem meam recuperare vt hic. ⁊.ff. de acquiren. possess.l.j. Sunt alia duo remedia iuris. Est vnum remedium iuris. tu vis mihi inferre vim ⁊ ab omnibus vicinis dicitur mihi ꝙ tu minaris mihi inferre vim possum ire ad iudicem ⁊ ei dicere vt me defendat. quia non sum potens vt possim tibi resistere. ⁊ ita possum iudicis officium implorare ne violentia mihi inferatur. vnde iudex citabit eum ⁊ precipiet sub banno mille marcharum argenti ne violentia mihi inferatur. Nam ad officium presidis pertinet ne violentie ⁊ concussiones fiant: vt.ff. de offic.iudi.si.l.illicitas.in princip. ⁊ bono presidi congruit curare vt pacata ⁊ quieta prouincia sit: vt.ff.de offi. preto.l.congruit. Est ⁊ tertium remedium iuris. vt si non potui recuperare possessionem vel resistere agam interdicto vnde vi. in quo venit omne damnum: ⁊ fructus veniunt ex die expulsionis: vt.ff.eo. l.j.in princi.⁊.§.ex die.⁊.§.remissiue.⁊.§.mari. ¶ Iteꝫ nota hic tertium ⁊ non est spernendum. sed dicendum ⁊ propter pueros: ⁊ propter artistas. diceret puer vel artista. si titius expulit me de possessione fundi mei: incontinẽti licet mihi recuperare possessioneꝫ fundi mei vel resistere: sed ex interuallo non. sed licet mihi agere interdicto vnde vi vt dixisti. Sed videtur contra. propter maximam. idest regulam iur͛ ciuilis que est ꝙ dolus cum dolo culpa cuꝫ culpa negligẽtia cum negligentia ⁊c. vt.ff.de dolo.l.si duo. ⁊.ff. de eo per quem factum est.l. vltima.§.penulti. ⁊.ff. de compensat.l.si ambo. Item quia paria delicta mutua compensatione tolluntur: vt.ff.solu.matri.l.vir atqꝫ vxor.⁊.ff. ad.l.iul.l.si vxor. §.iudex ⁊ extra. igitur licet mihi incontinenti resistere si vis me deijcere. vel si expulisti me possum incontinenti te expellere. Sed quare non licebit mihi vsqꝫ ad mensem vel vsqꝫ ad annum te expellere de possessione fundi mei? quia forte tunc non potui te deijcere: sed modo possum. quia cõuocaui amicos meos vnde licet mihi. quia si conuenis me pro vltima violentia: ego dicam tibi lusi tibi de illis taxillis quibus lusisti mihi. Nam ego feci tibi illud quod fecisti mihi: quia tu deiecisti me coadunatis amicis tuis: ⁊ ego te deieci coadunatis amicis meis. Unde dolus cum dolo compensatur culpa cum culpa delictum cum delicto negligentia cum negligentia: vt.§.dixi. Respon. non sic: quia differentia est inter occulta ⁊ manifesta. quia dolus cõmittitur occulte. ⁊ si occulte deiecisti me ⁊c. occulte possum te deijcere. ⁊ paria crimina mutua compensatione tolluntur. vnde in talibus posset committi dolus occulte incontinenti ⁊ ex interuallo. sed in manifestis propter periculum ⁊ scandaluꝫ aliquid permittitur incontinenti quod nõ ex interuallo. vnde si incontinenti volo resistere ⁊ te deijcere possum: quia videor dolo carere: ⁊ quasi vnum factum reputatur. sed si volo te deijcere ex interuallo: hoc mihi nõ licet: quia ex hoc posset multus tumultus accidere: ⁊ multa mala possent oriri. ⁊ pro hoc est argumen.ff.ad.l. corneliam de sica.l. penulti.⁊.j.ad.l. iuliam de vi publi.l.siquis a se fundum. Preterea quod dicitur paria crimina mutua compensatione tolluntur. hoc est interdum non semper. quia si hodie commisisti mihi furtum nõ licet mihi tibi aliquid cras subtrahere. ⁊ ita si hodie expulisti me: non licet mihi cras te expellere. ⁊ ita hic paria crimina nõ tolluntur mutua compensatione. immo vtrunqꝫ punitur.

¶ Odofredus legum doctor.

SI expulsos. In.l.ista dicitur. Deiecisti aliquẽ de possessione fundi quam possidebat. iste qui possidebat illum fundum ibi habebat multa pecora siue animalia. in illa aggressura animalia que erant in fundo mortua sunt vel fugata sunt. ille deiectus vult te cõuenire pro recuperanda possess. illius fundi ⁊ pro animalibus interdicto vnde vi. queritur quid iuris sit? Respondet imperator ꝙ de possess. fundi potest te conuenire perpetuo. de animalibus infra annuꝫ. ⁊ hoc si viuus es te mortuo poterit conuenire heredes tuos inquantum ad eos peruenit. hoc dicit ista.l. Videte litteram ⁊ summariam expositionẽ. Ex. vi.sub. expulsiua. Nam multiplex est vis: vt dixi plene.§. ꝙ

metus

metus causa.l.prima.Text.pulsos.idest expulsos vel compulsos.⁊ sic sumitur hic simplex pro composito. sic.ff.de pigno. act.l.petenti. Text. exemplo interdicti. sub. antiqui quod proponebatur cum solemnitate olim: vt supra de interdictis.l.incerti iuris non est.in fine. Vel dicatis exemplo interdicti: scilicet noui: vt actio in factuȝ que datur hodie loco cuiuslibet interdicti: vt institu.de interdictis.§.vltimo. Text.si nec dum armis. vt.ff.eod.l.j.§.armis. Text. excessit.sub. ex die commisse violentie. Et cauete vobis: quia predo tenetur infra annum de eo quod ad se nō peruenit.sed de his que ad eum peruenerunt: tenetur perpetuo.idest ad.xxx.vt.ff.eo.l.j.in princ.sed si est mortuus predo.tunc tenetur heres inquantum ad eum peruenit. Et ad istud accedit.ff.e.l.j.in fi.⁊.l.ij.⁊.l.iij.in pn.⁊ institu.de obli. que ex quasi delic.nas.§.non tantum.Et hoc veruȝ est si lis non est contest.cum defuncto.sed si lis est contestata cū defuncto: tunc heres tenetur insolidum: vt dixi.s.ne ex delic. defun.l.vnica. Odof.

Auctoritatem. In.l.ista dicitur. Quidam masculus ⁊ quedam femina accesserunt ad principem: ⁊ proposuerunt ei talem questionem. Domine imperator possidemus quendam fundum per vim expulsiuam: concedatis nobis vestrum rescriptum: vt ille qui possidebat illum funduȝ non possit conuenire interdicto vnde vi. Respondet imperator hoc casu non dabo vobis vel cōcedam rescriptum meum: ⁊ nimis improbe postulastis. Text.auctoritateȝ vobis. Interrogantibus respondet imperator: vt patet ex.l. subscrip. Text.nimis improbe postulastis.sub. ⁊ ideo audiri non debetis. Unde not. qui supplicat principi: de re licita debet supplicare: non de illicita: quia denegatur ei rescriptum. sic ⁊ supra de precibus imperatorum offeren.l.nec damnosa.⁊.s.l. quotiēs.⁊ supra de rescin.ven.l.ratas.⁊.s. de transac.l. causas vel lites.⁊.j.de eman.libe.l.nec auus.⁊.s.de prec.impera.offe.l. nec damnosa. Odofre.

Si de possessione. Quidam accessit ad principem: ⁊ proposuit ei questionem talem. Domine Imperator fui deiectus de possessiōe fundi mei: quero a vobis qualiter mihi consulatur? Respondet imperator: potes eum accusare criminaliter: si cum armis deiecit te.l.iul.de vi pu.vel si sine armis.l.iul. de vi priuata. sed si vis eum conuenire ciuiliter interdicto vnde vi: potes: in quo condemnabitur tibi restituere possessione.⁊ omnes fructus quos percepit vel pcipere potuit: quia predo tenetur de fructibus perceptis ⁊ percipiēdis. Tex.si possessione.sub.rei immobilis.Text.vi.sub.expulsiua.Tex.reum postulare: idest accusare potes eum.l. iul.de vi priuata.si vim intulit sine armis: cuius pena est ⁊c. vt.ff. ad.l.iul.de vi priua.l.prima si cum armis vim intulit: potes eum accusare.l. iulia de vi publi. cuius pena est ⁊c. vt ff.ad.l.iul.de vi publi.l.seruos. Text. ad instar interdicti. sub.antiqui. vel expositione vt dixi supra eodem.l.vi pulsos. Text.conuenire potes.scilicet nouo interdicto quod ponitur sine solemnitate verborum: vt supra de interdictis l.incerti.⁊ intelligatis non vno eodemq; libello. quia hoc non licet.quia vna finita intentetur alia: vt.ff.vi bono. rap. l.ij.§.j.⁊.j.quando ciuilis actio piudicet crimi.l.vnica.plene dicam.⁊.ff.de publi.iudi.interdum. Text. quo. scilicet interdicto.Text.reum.idest deijcientem. Text.causaȝ omnem.idest restitutionem fundi cum fructibus. Text. non sum.tantum.Tex.non ambigitur.idest non dubitatur. Et ita colligitur hic ꝙ in hoc interdicto possess.fundi ⁊ fructus quos potuit percipere: veniunt ex die illate violētie ⁊ ante lit.contesta.vt hic.⁊.ff. eod.l.j.§. non solum autem.⁊.§. ex die.regulariter tamen est contra.scilicet vt in alijs interdictis non veniant fructus ante lit.contesta. vt.ff.de interdictis.l.antepenul.

Inuasor. Ista.l.est constitutio imperatoris constantini. que cōstitutio est optima ⁊ sanctissima. Uerum quia nimis breuiter est locutus imperator: propter sui breuitatem posuit nos in briga. Et in.l.ista dicuntur duo. Quidam preses vel prefectus petijt a constantino qualiter inuasores sunt puniendi: quia sum in prouincia iniqua vbi sunt infiniti inuasores? Respondit imperator constantinus presidi vel prefecto: instruam vos cum modica distinctione tali.inuasor si inuadit loca per vim: tenetur ea restituere cum pena legittima: ⁊ si inuasit ea vt sua. ⁊ hoc est primum dictuȝ huius.l. ¶ Secundo dicitur.si inuasor inuasit possessionem rei aliene per errorem vel per negligentiaȝ putans eam esse suam: iste inuasor tenetur solum restituere possessionem rei amisse vel inuase: non autem tenetur ad aliam penam.⁊ hoc est quod dicit ista.l. ¶ Or videte statim summariam expositionem littere. Text.inuasor locorum: idest rerum immobilium. Text. pena legittima: idest a.l. introducta.Tex.si tamen vi.idest dolo malo. nam ille dicitur inuadere qui dolo malo inuadit: vt.ff.eo.l.j.§.doli. Tex.nam si. Incipit secundum dictum. Text.per errorem. quia putabat se possidere cum non possideret.vel putabat suam esse cum non esset: ⁊ repetatis inuasisse constiterit. Text.incuriam: idest negligentiam. ⁊ dicuntur incuriosi scholares: idest negligentes qui dum exeunt scholas tradunt librum seruienti: ⁊ non vident postmodum librum. vel dum exeunt scholas: non commendant alicui librum.sed curiosus dicitur qui stat in curia. Text. domini. quia dominus non ibat ad locum illū. vnde incuriosus dr̄ negligens. sic ff.de in rem ver.l.iiij.in fin.⁊ supra de acquiren. possessio.l. vltima.Tex.sine pena.sub.aliqua.Text.possessio. sub.cum fructibus: vt supra.l.proxi. ¶ Or segnori ad.l.istam instatur sic. videtur ꝙ hec constitutio non possit stare nec iure veteri nec nouo. Ueteri non potest stare principium huius.l.quia dicit ꝙ inuasor tenetur pena legittima.sed olim inuasor non tenebatur aliqua pena: vt.ff.eod.l.prima. Iteȝ iure nouo non potest stare finis huius legis: quia dicit ꝙ inuasor restituit sine omni pena solam possessionem. nam iure nouo tenetur restituere cum pena: vt infra eo.l.vltima vnde mentitur imperator Constantinus ⁊ in princ.⁊ in fin. huius.l.iure veteri in princip.⁊ iure nouo in fine. Quid ergo dicemus? Ad quod potest dici tribus modis. Uno modo sic. Non est mentitus Imperator Constantinus: immo bene locutus est iure veteri ⁊ nouo. Iure veteri bene dicit in princip.quia iure veteri erat proditum interdictuȝ vnde vi.quod est quo ad quid penale.⁊ quod ad quid non.in hoc nō est penale vt teneatur perpetuo de eo quod peruenit: sed in hoc est penale vt teneatur infra annum de eo quod non peruenit: vt supra.l.proxi.⁊.ff.eo.l. prima. Et dicitur penale ⁊c.vt.ff. de eo per quem factum erit.l.j.§. si plures. Si dicat aliquis non est pena legittima sed pretoria: quia a pretore inducitur? Respondeo: immo est legittima pena pretoria: quia pena pretoria est iuris ciuilis: vt ff.de iusti.⁊ iure.l.j.§. in pretorium. Item nouo iure bene dixit Constantinus Imperator: quia dixit ꝙ inuasor tenetur sine pena: vt si per errorem inuasit ⁊ conuenitur rei ven. vel condit.ex.l.vt infra eodem.l.vltima. Item iure nouo bene dixit: quia.l.vltima infra eodem titulo habet locuȝ cū inuasit possessio.dolo malo.hec loquitur quando sine dolo malo. vnde solam possessio.restituit. non autem tenetur ad penam.Item dico quia ⁊ iure veteri bene dixit: quia inuasor iure veteri tenetur pena legittima.⁊ si non ciuiliter: potest tamen accusari.l.iul.de vi pu.vel priua.vt supra.l.proxi.in princip.⁊ est magna pena vt ibi dixi.⁊ sic hec.l. potest intelligi iure veteri ⁊ iure nouo. Bene potest intelligi ⁊ tertio modo hec.l.quia.l.vltima infra eodem habet locuȝ ⁊ loquitur vno modo cum quis inuadit possessionem vacuam animo ⁊ corpore vel vacuam animo ⁊ non vacuam corpore. hic auteȝ intelligitur quando inuasor inuasit possessio.non vacuam animo nec corpore.vel vacuam corpore

⁊ non animo. Odof.

Meminerint. Segnori .l. ista bona est ⁊ sancta
⁊ equitatem continet: ⁊ vtinam bene serua
ret. Et ista.l. habet duplicem intellectum: ⁊
vterqꝫ intellectus tendit ad idem. ⁊ breui/
ter dicam vtrunqꝫ in summaria expositio/
ne littere vel in casus positione. Et in.l. ista precipit impera
tor hoc. Siquis accedit ad principem ⁊ vult impetrare re/
scriptum vt liceat ei ingredi in possessio. alicuius rei: preci
pit imperator ꝙ tale rescriptum non concedatur: nisi cite/
tur domino vel eius procurator. Item si accedit aliquis ad
iudicem ⁊ petat vt mittatur in possessio. talis rei: ex interlo/
cutoria non debet hoc facere iudex nisi citetur dominus ⁊ ps
aduersa vl' eius procurator. quia si facere hoc liceret: plerūqꝫ
concederetur tale rescriptuꝫ iniuste. vnde orirentur iniurie
vnde iura nascuntur: qḋ non debet esse. ⁊ hic est vnus intel
lectus. ¶ Est secundus intellectus. vt si impetrē rescriptū
ad principem propter potentiam. vel iudex interloquitur par
te non citata vel eius procurator. quantumcunqꝫ sic faciāt.
non debeo ingredi possessionem illius rei: nisi faciam te ci/
tari vel procuratorem tuum si vis contradicere vel procu/
rator tuus vt videatur si sit iusta causa vt mittar in possessio.
illius rei. ne si ita fieret inde iniurie orirentur vnde iura na
scuntur. si contrafactum fuerit debeo cadere a iure meo. ⁊
hoc est primum dictum. Secundum dictum est. si tutores
vel curatores impetrant rescriptuꝫ vel interlocutoriam cō/
tra predictam formam: ipsi pupilli vel adulti non debēt pu
niri in aliquo. quia factum tutorum ⁊ curatorum non debet
eis nocere. sed ipsi tutores vel curatores sunt puniendi vt
possessionem illico restituant. Insuper tutores ⁊ curatores
debent deportari. ⁊ post deportationem omnia bona eoruꝫ
debent publicari. hoc dicit ista.l. Videte summariam expo
sitionem littere. Text. meminerint cuncti. sub. subiecti ro/
mano imperio. Tex. siue vulgato rescripto. idest publicato
in quo continebatur ꝙ iudex me mitteret in possessio. Tex.
siue sententia. s. interlocutoria. Tex. dominos locoruꝫ: idest
possessores qui putant ⁊ dicunt se dominos. sic sumitur do
miniuꝫ pro poss. ⁊ econtra. ff. de verbo. signi. l. interdū. Alij
vt Placen. legunt proprie. Text. ad insinuandas. idest ad
videndum quid concessit imperator. vel quid iudex interlo/
cutus est. Tex. ne inde. idest a pncipe vel a lege. Tex. vnde
iura nascuntur. Unde no. vnde nascitur equitas nō debet
insurgere iniquitas. ⁊ ad hoc est similiter argumē. s. de in/
dicta vidui. l. ij. in fi. ⁊. j. de emā. l. nec auus. ⁊. j. de pe. bono.
sublatis. l. j. Tex. neglexerint. quia impetrauerint rescriptū
vel interlocutoriam: aduersario non citato. vel vsi sunt re/
scripto vel sententia interlocutoria aduersario non citato.
Tex. sin autē. Incipit secundū dictum. Text. ⁊ fructus adi/
matur. sub. ⁊ ita ledantur in hoc. Text. non attinet damno
eterno. idest in perpetuum. Tex. prosequatur. ¶ Not. in. l.
ista duo no. Unum no. si volo impetrare rescriptum siue
interlocutoriam vt mittar in possessionem rei quam tu possi
des: tempore impetrationis debeo te facere citari vel pro/
curatorem tuum: vt. s. de edicto diui adria. tollē. l. vltima. §.
sin autem. ⁊ ad idem facit. ff. de aqua quotti. ⁊ esti. l. in con/
cedendo. ⁊ hic est vnus intellectus. Vel si imperaui rescri
ptum vel sententiam interlocutoriam vt mittar in possessio.
rei quā tu possides: anteqꝫ mittar debeo facere te citari vel
procura. tuū. quod si non facio: punior quia a iure meo ca/
do. ¶ Unde segnori vos colligetis in. l. ista istud not. Si
iudex interdicit alicui qui possidet rem aliquam sine cause
cognitione ne vadat ad rem illam: hoc interdictum non va/
let. quia hoc debet facere aduersa parte citata ⁊ veniente
si vult. quia merita causarum: partium assertione pandun/
tur: vt. j. si per vim vel alio modo. l. vlti. ¶ Item no. hic. hec
duo sunt paria. vel quid sine iudice fieri. vel quid fieri cum
auctoritate iudicis non solemniter decernentis ⁊ inquiren
tis. ⁊ pro hoc est. j. si per viꝫ vel alio modo. l. ij. ⁊. ff. de fideicō.
liber. l. si vero. §. subuentum. ff. de rebus eorum qui sub tute
la vel cura sunt. l. magis. §. si es alienum. ⁊. s. de pre. mi. non
ali. l. si predium. ¶ Item not. hic si dominus tutor vel cura
tor volens colludere cum aduersario vel non volens collu
dere. non facio vim. impetrat tale rescriptum: vt ledātur ipsi
pupilli vel adulti: factum tutoris vel curatoris non no/
cet pupillo: sed nocet ipsi tutori vel curatori vt hic dicitur.
¶ Unde not. sicut delictuꝫ tutoris vel curatoris non no/
cet pupillo vel adulto: ita delictum persone ecclesiastice in
damnum ecclesie redundare non debet. ⁊ pro hoc facit. s.
de seruis fugi. l. quicunqꝫ. ⁊ supra de iudi. l. properandum.
in fin. ⁊ infra de fal. mo. l. j. in fin. sic ⁊ factuꝫ persone eccle/
sia. non nocet ecclesie regulariter: vt supra de sacrosan. ec
cle. l. iubemus. in fi. preterqꝫ in casu. vt si cum consensu to/
tius capituli delinquat: vt. s. de sacrosan. eccle. l. iubemus
nulli. §. sane. ⁊. l. sancimus. j.

Siquis in tantam. Segnori in hac. l. tractatur de violentia expulsiua
punienda: que punitur per interdictuꝫ vnde
vi ⁊ per imperiales cōstitutiones. ⁊ hec. l.
est constitutio Theodosij ⁊ Valentini. ⁊
hoc interdictum non est possessorium tantum: immo ⁊ peti/
torium. quia hic violentus in proprietate punitur. ⁊. l. ista
propter multitudinem glosarum ⁊ questionum consueuit
difficilis reputari. in veritate tamen quātum ad casum ⁊ lit
teram non est difficilis: immo satis facilis. Et ego in. l. ista
notabo ita casum sicut littera sonare videtur. ⁊ in hunc mo
dum accessi ad imperatorem ⁊ dixi. Domine imperator di/
catis mihi. si aliquis attētat inuadere: ⁊ violēter sine aucto/
ritate iudicis: possessionem rerum mobilium vel immobi/
lium constitutarum vel apud fiscum vel apud priuatuꝫ quā
penā debet pati? Respondet imperator dicens. siquis in tā
tam audaciā furoris peruenerit: vt in possess. rerum immo/
bilium vel mobilium apud fiscum vel apud alium constitu
tarum ante euentum iudicialis arbitrij inuaserit: sustinebit
hanc penaꝫ. quia aut inuasor erat dominus rei: quo casu te
netur restituere possessionem illius rei: ⁊ dominium illius
rei amittet per sententiam. aut non erat dominus: quo casu
tenetur restituere possessionem illius rei quam inuasit. ⁊ in/
super in vera estimatione illius rei condemnabitur ei cui
abstulit per violentiam. hoc dicit ista. l. vsqꝫ in fi. Videte sta
tim litteram. Tex. siquis ⁊c. violenter inuaserit. Hoc est
primum dictum in quo punitur delictum. Text. dominus
quidem. Incipit secundum dictuꝫ in quo imponitur pena
illi qui erat dominus rei inuase. Text. si vero. Incipit ter/
tium dictum in quo imponitur pena illi qui non erat domi/
nus rei inuase. Et ita ex predictis colligetis tria fore di/
cta huius. l. Primum dictum est prohibitorium. ⁊ durat
vsqꝫ ibi. dominus quidē ⁊c. Ibi incipit secundum dictuꝫ ⁊
est punitorium. quia imponit penam illi qui inuasit si erat
dominus. ⁊ durat vsqꝫ ibi. si vero ⁊c. Ibi incipit tertium di/
ctum ⁊ similiter est punitorium. quia punit non dominum
inuasorem qui inuasit rem alienam non suam. ⁊ hec est ve/
ra lectura. Scio tamen ꝙ dominus Ioan. ⁊ Azo. l. istam
alio modo diuiserūt. Et diuiserūt in quinqꝫ partes. l. istam.
⁊ dixerunt ppter ordinem questionū, ꝙ in prima parte agi/
tur de personis dum dicit. siquis in tantam furoris perue/
nerit audaciam. In secunda parte agitur de rebus dum
dicit. vt possessionem rerum apud fiscum vel alium consti/
tutarum ⁊c. In tertia parte agitur de tempore dum dicit.
ante euentum iudicialis arbitrij. In quarta parte agitur de
pena domini inuasoris dum dicit. dominus quideꝫ ⁊c. In
quinta parte agitur de pena inuasoris: qui non rem suam
sed alienam inuasit dum dicit. si vero ⁊c. ⁊ durat vsqꝫ in fi/
nem. ¶ Or segnori ista diuisio salua auctoritate eorum
est ridiculosa. nec est diuisio quantum ad casum. quia que/
libet istarum partium est detruncata: ⁊ est defectiua per se:
⁊ sensum non habet. istud enim. siquis in tantam peruene/
rint audaciā furiosis. nihil est per se. ⁊ ista est partitio quā/
tum ad formandas questiones. quia infra exposita littera:
dimidiam questiones in sex partes. Primo queram an
habeat locum in omnibus personis. Secundo queretur
an habeat

an habeat locum in omnibus rebus. Tertio an habeat locum in omni tempore. Quarto qualiter intelligitur de domino inuasore. Quinto qualiter sit intelligendum de non domino inuasore alienarum rerum. Sexto quasdam extrauagantes questiones subijciam. vnde ponetis casum vt dixi supra. ¶ Or videamus summariam expositionem littere. Textus si quis. sub. vel siqua. ⁊ dicetis. si quis. scilicz masculus. ⁊ si qua. scilicet femina. Textus. furoris. idest quasi furoris: quia hec lex non loquitur in vere furioso: sed loquitur in eo qui rem inuasit: qui quasi furiosus censetur. Textus. peruenit ad audaciam. idest stulticiam ⁊ temeritatem. Unde nota. ꝙ audacia est equiuocum nomen in iure nostro. Uno modo dicitur audacia. idest stulticia vel temeritas: ⁊ tūc in mala parte sumitur vt hic. vnde dicitur aliquis vti audaci. spiritu. idest temerario ⁊ stulto. ⁊ sic accipitur supra de sacrosanctis ecclesijs lege iubemus. §. sane. Aliquādo sumitur in bona significatione: vt dicatur audacia. idest intellectus acumen. vnde tota die dicimus audacter dico: quia bene dico. Item tota die dicimus. iste est audax ingenij sui. ⁊ in ista significatione sumitur. ff. si pars heredi. petatur lege prima. §. interdum. ⁊. ff. de liberis ⁊ posthumis lege gallus. §. nunc. de. l. velleya. Textus vt possessionem reruz. sub. siue mobilium siue immobilium: siue corporalium: siue incorporalium: quia nomen rei est generale. vt. ff. si certum petatur. l. j. ⁊ infra plenius dicam. Textus. apud fiscuz. sub. vel priuatum. ⁊ dic. apud. idest penes. Nam differentia est inter apud ⁊ penes. penes me dicitur esse cū vere possideo. apud me est. ⁊ si non possideo sed detineo. verbi gratia. dum tu sedes penes me ⁊ ponis annulum apud me deponendo: habeo custodiam: tamen est penes te. vt. ff. depositi lege prima. §. rei. penes ergo me est ꝙ ego possideo. vt. ff. de verborum significatione. l. apud. ⁊ quod dixit. Textus apud fiscū. idest apud imperium. Textus. vel apud homines quoslibz. sub. siue laycos siue clericos siue puilegiatos siue nō. Textus. ante euentum iudicialis arbitrij. idest ante diffinitiuam sententiam. ⁊ quare dicit ante diffinitiuam sententiā? potest subaudiri maxime quia idem ⁊ si post sententiam. vt. ff. de re iudicata. l. in lege. vltimo. §. vel si vsurparet auctoritate iudiciaria: intelligatis non rite. vt supra. l. proxima. vel si vsurparet auctoritate iudiciaria: non haberet locum lex ista: quia iuste possidet auctoritate pretoris. vt. ff. de acquirenda possessione. l. iuste. Et sic exponitur hec littera secundo modo. ante euentum. idest sine iudiciaria auctoritate. nam si inuaderet auctoritate iudiciaria: non haberet locum hec constitutio: quia iuste possidet qui auctore pretore possidet vt dixi. Item hoc est verum si inuadit iudiciaria auctoritate rite ⁊ ex ordine ⁊ cum cause cognitione. vt supra. l. proxima dixi. Textus. violenter inuaserit. dicitur violenter inuadere: si quis deiecit aliquem de possessione rei quam possidet. vt. ff. e. l. j. §. deijcitur. Itez dicor violenter inuadere si recessisti de re nemine ibi derelicto: ⁊ ego ingressus sum in rem. ⁊ te venientem non admitto. vt. ff. de acquirenda possessione. l. clā. §. qui ad nundinas. ⁊. l. sequen. ⁊ ideo exponatis. inuaserit vel eum deijciendo vel deijciendo eum qui erat loco eius. vt colonus: quia tunc videor deijcere ⁊c. vt. ff. de acquirenda possessione. l. j. §. ꝙ si seruus. ⁊. l. peregre. §. quibus. vel te venientem non admitto. Tex. dominus quidam. Incipit secundum dictum punitorum. Tex. abstulit. sub. possidenti. Tex. restituat. sub. condit. ex. l. ista: quia hac lex de nouo est introductum. ⁊ quotiens ⁊c. vt. ff. de condit. ex. l. lege vnica. Tex. amittat. exponunt quidam ipso iure. nos exponimus per sententiam. Tex. si vo. Incipit tertium dictum punitorum. Tex. alienarum. sub. non suarum. Tex. inuasit. idest occupauit. Tex. non solum eam. scilicet possessionem inuasaz. Tex. possidentibus. sub. quibus per violētiā abstulit. Tex. reddat. sub conditione ex hac. l. Tex. verum etiam estimationem. sub. veram. Tex. compellatur. sub. possessori cui per violentiam abstulit. ⁊ compellatur restituere sub conditione ex hac. l. vt dixi. ¶ Or segnori ex. l. ista colligetis ista nō. ꝙ quis non debet sibi dicere ius sua auctoritate. ⁊ qui hoc facit punitur per hanc constitutionem. quia tutela publici iuris est ⁊c. vt supra de iude. ⁊ ce. l. nullus. ⁊. §. eo. l. inuasor. ¶ Item nō. hic ꝙ quis non debet inuadere rem apud aliū constitutaz: siue res que iuaditur sit inuasoris vel alterius. Et ad istud accedit institu. vi bonorum raptorum. §. quia tamen. nisi ex pacto faceret: quia tunc excusat. sed cautius facit si cū iudice faciat. vt. j. pignora act. l. creditores. ¶ Itez nō. hic. cum quis potest puniri in re ipsa: quia sua est: reddit ei possessionem: ⁊ per sententiam perdit rei dominium. sed cum quis non potest puniri in re ipsa quia sua non est: reddit possessionem ⁊ punitur in estimatione. Sic ⁊ alibi cū quis non potest condemnari in re ipsa: quia deterior facta est: vel desijt esse in rerum natura: condemnatur in estimatione. vt. ff. de dolo. l. arbi. §. non tantum. ⁊. ff. de condit. tritica. l. in hac. ff. de leg. j. si domus. §. qui confitetur. ¶ Or segnori ad constitutionem istam ita obijcio. Hic punitur inuasor qui violenter inuasit possidentez deijciendo vel venientem non admittendo. Lex videtur contraria: quia dicitur quis violentiam inferre vbicunqꝫ quis sua auctoritate rem apprehendit. vt. ff. quod metus causa. l. extat. cum. l. precedēti. Ad quod vos dicetis ꝙ est differentia inter hanc constitutionem ⁊ decretum diui marci. ⁊ in hoc ista constitutio requirit violentiā persone fieri. requirit enim ꝙ possessor deijciatur vel veniens nō admittatur: quia illa dicitur vis atrox que est illata persone. vt. ff. e. l. j. §. vim atrocem. ⁊ decretum diui marci loquitur quando creditor rem aliquam debitoris vel pecuniam sibi debitam sine iudicis auctoritate accipit: quia siue inferat violentiaz persone siue non: amittit ius crediti vt ibi. ⁊. ff. ad. l. iul. de vi priua. l. penultima ⁊ vltima. ¶ Et ad solutionem cōtrarij vt plene liqueat articulus iste ita nō. Uiolentie aliquando puniuntur edictis. aliquando interdictis. aliquando decretis. aliquando imperialibus cōstitutionibus. Punitur edictis violentia compulsiua. si qs compellat me per metum: punitur per edictuz quod metus causa. verbi gratia. aliquis compellit me sibi per metum dare vel soluere. ex. l. habeo actionem quod metus causa. Itē si compelleret me ei promittere. x. habeo exceptionem: quia ait pretor quod metus causa ⁊c. vt. ff. quod metus causa. l. ij. in principio. ⁊. l. cum exceptione. §. satis clementer. ⁊. §. hec auc. ⁊. j. de inutili stipu. l. dolo. Sed ⁊ punitur violentia ablatiua per edictum vi bono. rap. vt. ff. vi bono. rap. l. ij. Sed ⁊ punitur violentia interdictis violentia expulsiua: vt si qs expellit me de possessione fundi per vim: punitur per interdictum vnde vi. quia intra annum tenetur ad id quod ad se non peruenit. post annum autem ex eo quod ad se peruenit. tenetur perpetuo. ⁊ istud interdictum non datur pro mobilibus rebus: sed gratia rerum immobilium datur pro mobilibus. vt. ff. de vi ⁊ vi arma. l. j. in principio. ⁊. §. deijcitur. Sed ⁊ punitur violentia turbatiua interdictis: vt si quis impedit me arare colere: punitur interdicto vti possi. quia condemnatur ne debeat turbare in posses. vt. ff. de vi ⁊ vi arma. l. vim. ⁊. ff. vti posside. l. j. in principio. ⁊. l. si duo. §. j. ⁊. ff. vtrobi. l. vnica. Item punitur violentia inquietatiua interdicto quod vi aut clam. vt si aliquis spreta denunciatiōe mea edificat vi. vt. ff. quod vi aut clam. l. si in possessio. §. primo. ⁊. §. secundo. ⁊. l. iiij. in fine. ⁊. l. sequen. ⁊. l. in summa. ⁊. l. competit. Sed ⁊ punitur violentia decreto diui marci. ecce si creditor sua auctoritate dicit sibi ius occupando rem debitoris: ius crediti non habet. idest per decretum diui marci cadit a iure suo. vt in prealleg. l. ff. quod metus causa. l. extat cum fine. l. precedentis. Sed ⁊ punitur violentia multis ⁊ varijs constitutionibus imperialibus. ¶ Est vna constitutio prodita ad defensionem iudeorum ⁊ paganorum: vt si quis temere rem iudei vel pagani subiecti nostro imperio sua auctoritate inuaserit: patitur penam vt reddat rem ⁊ in tantundem condemnetur. vt. ff. de paganis. l. christianis. ¶ Item est alia constitutio prodita ad defensionem christianorum ⁊ paganorum. vt si conuenio christianum vel iudeum iudicio fini. regun. ⁊ licet quia vsurpaui de solo vicini mea auctoritate punior: cum vsurpatum teneor reddere vicino ⁊ tantūdez de meo agro illi prestare. vt supra fini. regun. lege si constiterit. ¶ Est ⁊ alia constitutio que est prodita

clientibus contra violentos aduocatos. ecce enim si conductor rem conduxit vsq3 ad annum. ⁊ finito conductionis tépore non vult reddere rem locatori: punitur vt rem reddat, ⁊ illius rei estimationem prestet: que est supra locati lege cóductores infra. e. lege non abre est. ¶ Est ⁊ alia constitutio que punit violentos. Ecce enim si aliquis impetrat rescriptum a principe vel ab alio iudice super adipiscenda possessione rei que est apud alium. ⁊ ipso irrequisito occupat possessionez. tenetur possessio. reddere ⁊ priuatur iure suo si qđ habebat. vt supra. l. proxima. ⁊. ff. infra si per vim vel alio modo. l. vltima. ¶ Est ⁊ alia constitutio imperialis que punit quandam detestabilem violentiam que male seruatur in ciuitate ista. ¶ Est cóstitutio que prohibet ꝙ non debꝫ alius pro alio spoliari: quia si sum spoliatus in gallia. ꝓpterea nó debeo in ciuitate ista alium gallicum pignorare qui me non pignorauit. punitur ista violentia: quia cadit a iure suo ⁊ in quadruplum debet condemnari. vt in auctentica. vt non fiát pigno. collatione quinta. §. illud quam habuistis supra ne vxor pro marito. ¶ Est ⁊ alia constitutio. tu obligas mihi liberum hominem filium tuum vel non in causam prohibitá. Certe ego qui accipio liberum hominem pignori: cado a iure crediti: ⁊ tantúdem debeo prestare ei vel patri: ac si extraneus pignorasset eum. vt in auctentica vt nulli iudi. §. qꝛ vo. al's. §. qui autem. ¶ Est ⁊ alia constitutio que punit violentiam. ecce sicut contingit sepe in gallia: quando non habent aliquid cogitant qualiter possunt etiam ire in lamorea recedunt interdum nullo procuratore dimisso: stant ibi longo tempore. ¶ Or segnori aliquis ingreditur possessionez absentis. vacuam possessionem animo ⁊ corpore ꝭm vos. vł vacuam corpore non animo ꝭm alios. ⁊ alius ingreditur licet in ista aggressura non inferatur vis persone. tamen tenetur restituere possessionem. ⁊ illius rei estimationem. prestare. vt infra. e. lege cum querebatur. ¶ Est ⁊ alia constitutio. si quis occupat vel mandat possessionem rei mobilis vel immobilis apud fiscum ⁊ vel apud aliud constitutam. ⁊ violéter occupat sua auctoritate: si est dominus tenetur restituere possessionem ⁊ dominio rei priuatur. si non est dominus. possessionem restituit ⁊ insuper in vera estimatione damnatur. vt hic ⁊ in lege nostra. ¶ Circa quam constitutionez scilicet si quis in tantam. infinitas formabimus questiones. vt dixi. nicolaus fur. hic scripsit. cxcvij. questiones. rusticitatez fecit quare non inuenit tres ⁊ essent. c. ¶ Or segnori dominus Joannes commentauit legem istam in duobus locis. ipse commentauit eam in casibus domini Guillielmi in quibus fecit additiones suas. ⁊ commentauit eam in commento huius libri: siue nicolaus furiosus post euz. ⁊ scripsit hic bene. c. ⁊. xl. questiones. ⁊ subijciam illas questiones quas credaz meliores. ⁊ bene percunctabimur eas. ⁊ diuidemus in modum querendi in quinq3 partes. vt supra dixi. Et primo queram: an habeat locum in omnibus personis. Secúdo an habeat locum in omnibus rebus. Tertio an habeat locum omni tempore scilicet ⁊ ante litem cótestatam ⁊ post litem contestatam: ⁊ ante sententiam ⁊ post sententiá. Quarto qualiter sit intelligendum ꝙ dominus inuasor punitur. Quinto qualiter sit intelligendum ꝙ non dominus inuasor punitur. Sexto extrauagantes questióes subijciemus. ¶ Circa primum queramus an habeat locum in omnibus personis hec lex siue masculus siue femina inuaserit rem? Videtur alicui ꝙ hec lex habet locum in masculo tantum: qꝛ dicit. si quis. nó dicit. si qua. ⁊ hic tractatur de odio. idest de pena imponenda. ⁊ odia restringuntur. vnde non intelligitur de femina. vt. ff. de liberis ⁊ posthumis lege cum quidam. Sed in questione ista dicimus ꝙ habet locum in masculo ⁊ in femina. Quod probamus per hoc verbuz si quis quia tam masculos q̄ʒ feminas complectitur. vt. ff. de verborum significatione. l. j. sicut hic terminus. qui. vt. ff. de nego. gest. l. ait pretor in principio. ⁊. ff. de consti. pecu. l. j. in principio. ⁊. ff. de iure fisci lege ait diuus antoninus. Nó obstat ꝙ hic tractatur de odio ⁊ odia restringuntur: quia refert aut verbum profertur a lege sicut est hic. ⁊ tunc siue tractatur de odio siue de fauore tam masculos q̄ʒ feminas complectitur ne maleficia remaneant impunita: quod non debet esse. vt. ff. ad legem aquiliam lege ita vulneratus in fine. ⁊. ff. de iudicijs lege si longius. §. j. ⁊ ita loquitur hic. ⁊. ff. de iure fisci lege ait diuus. Si autem profertur ab homine. puta a testatore: si tractatur de fauore masculinum complectitur femininum: si de odio non vt. ff. de ventre in possessio. mit. lege. j. §. j. ⁊ de ista materia plenius dixi supra de seruis fugi. l. quicunq3. vnde amplius hic non dico. ¶ Secundo queritur hic an habeat hec lex locum. ⁊ in militibus ⁊ in paganis? Et videtur alicui ꝙ haberet locum in non militibus: secus in militibꝰ: quia milites nostros scire arma volumus ⁊ non iura. vnde si ignorauerint iura. videtur ꝙ pena huius constitutionis non sint digni. vt supra loca. ⁊ conducť. lege milites. Sed in questione ista contradicimus ⁊ dicimus ꝙ ista lex ligat milites ⁊ non milites. Nam sicut debent abstinere non milites a delinquendo: ita milites. Et sicut puniútur non milites. ita milites. vt. s̄. loc. ⁊ códuc. l. vltima. ⁊. l. dicit alibi. nullus parcat militi cui obuiare licet vt latroni. vt supra quando liceat sine iudice vindic. lege prima. Ité nec obstat. permissum est militibus ignorare iura. verum est ciuilia vel pretoria. sed nó naturalia: vel quasi naturalia: qꝛ miles debet scire a natura quod non licet alicui. violentiam inferre iuxta id. Patere legem quam tuipse tuleris. vt argumentum supra de rei vendica. lege ratas. ⁊ ignorantia iuris naturalis nullum excusat. vt supra de sacrosanctis ecclesijs lege iubemus nullá. ⁊ supra de in ius vocan. l. venia. ¶ Sꝫ denuo quero. obtinet hec lex in rusticis? Et videtur ꝙ non: quia permissum est eis ignorare iura. vt. ff. de iurisdictione omnium iudicum lege si quis. Sed certe dicimus contra. ⁊ dicimus ꝙ rusticis licet ignorare iura ciuilia. vt. ff. de iurisdictione omnium iudicum lege si quis. non naturalia vel quasi naturalia: vt in preallegata lege supra de in ius vocá. lege venia. ¶ Sed denuo quero hic. loquitur hec lex si furiosus rem alienam inuasit? Et videtur ꝙ sic: quia littera dicit. si quis in tantam furoris peruenerint audaciam. Sed nos dicimus contrarium. dicimus enim cum furiosus careat intellectu. ⁊ ex mente agere non videtur. satis punitur ipso furore ⁊ eum excusat imbecillitas animi: sicut infantez excusat defectus cósilij. vt. ff. de officio presidis lege diuus. ⁊. ff. de rei védicatione lege quod infans. Nec obstat quod dicitur in littera. furoris: quia exponenda est. vt dixi. furoris idest quasi furoris. Nam est duplex furor. vnus non punitur quando est vere furiosus. sed ille qui inuadit rem alienam est quasi furiosus: sicut ille qui alium telo aggreditur. est quasi furiosus ꝭm quod vere furiosus aggreditur non timendo. similis expositio notatur alibi in testatore: qui fecit testamentum inofficiosum: quia quasi more furiosi testari videtur. vt. ff. de inofficioso testamento lege prima secunda ⁊ tertia. ¶ Sed denuo queritur. nunquid habeat locum hec lex ⁊ in maioribus vigintiquinq3 annis. ⁊ in minoribus? Et certe dicimus in maioribus habet locum incunctanter. in minoribus distinguimus. Si est infans vel proximus infantie non committit in hanc constitutionem: quia quid eorum etas videat: ignorat. vt infra de falsis monetis. l. prima in fine. ⁊. ff. de rei vendicatióe. l. ꝙ infans. ⁊. ff. ad. l. corne. de fal. l. ꝙ ifans. Si est pupillus vel proximus pubertati. ⁊ ita doli capax committit in hanc constitutionem: quia omne delictum ⁊c̄. vt. ff. de regulis iuris. l. pupillus. ff. ad. l. iul. de adulterijs lege si minor. Si est adultus: indubitanter committit in penam huius constitutionis. nec subuenitur ei per restitutionem si dolo fecit. secus si culpa. vt. ff. de minoribus. l. auxilium. §. in delictis. etiam. l. si ex causa. §. sed si incommissum. Et sic non facio de hac questione tres questiones: vt fecit Joannes. ⁊ Azo. sed vnam tantuz ⁊ subdiuido. ¶ Sed hic quero. si pupillus doli capax committit in hanc constitutionem: poterit ne restitui? Distinguo. quia si dolo fecit: quia sciuit rem alienam: ⁊ quia scit ꝙ sua non est: scit ꝙ sibi non licet inuadere. hoc casu non restituitur. vt in prealle. l. ff. de mi. l. si ex causa. §. incommissum. sed si hic ignorabat restituitur: qꝛ culpa factum. vt. s̄. si aduersus delic. l. j. licet aduersus delictuz non restituitur. ¶ Sed denuo q̄ro habꝫ ne locum

locum hec lex in patribus fami. ⁊ in filiusfami. Et dicimus ꝙ sic: quia filiusfami. ex omnibus causis obligatur ⁊c. vt ff. de actione ⁊ obligatione. l. filiusfami. verumtamen ex illa violentia: si filius condemnatus est: tenetur pater de peculio. vt. ff. de pecu. l. licet. §. ibidem. sed si peruenit aliquid ad patrem: pater tenetur inquantum ad eum peruenit: non directo interdicto vnde vi: sed vtili vel in factum. vt. ff. eo. l. j. §. si filius. ℂ Sed nunquid habet locum hec lex in liberis hominibus ⁊ in seruis. Et dicimus ꝙ in liberis habet locum ⁊ in seruis: non vt ipsi serui teneantur ista constitutione: quia non possunt esse in iudicio. vt supra de iudici. l. seruus. sed dominus tenetur si ad eum peruenit vtili interdicto vnde vi. si non peruenit: tenetur noxaliter. vt. ff. e. l. j. §. quotiens. ⁊. §. si quis igitur. ⁊. ff. de noxa. l. ij. ⁊. ff. ad. l. aquil. l. scientiam. ℂ Sed quid si procurator meus vel gerens negocia mea me iubente vel ratum habente inuasit rem alicuius. nunquid tenebor hac constitutione? Certe dicimus ꝙ procurator: non ego dominus nisi me mandante inuasisset. vt. ff. si quis iusdi. non obte. l. vna. §. si procurator. sed vbi me mandante inuasit. tenetur. vt. ff. de iurisditione omnium iudi. l. si quis id quod. §. penultimo. In gestore dicimus ꝙ ego dominus non teneor: nisi ratum habeam: quia tunc teneor: vt. ff. de regulis iur. l. hoc iure. §. j. ⁊ tenetur gerens: quia delinquere non debuit. ℂ Sed denuo quero. habet ne locum hec. l. in priuatis personis ⁊ in magistratibus? quid si magistratus vel iudex possessionem apud aliud constitutam inuaserit? Respondeo. in priuatis personis habet locum hec lex indubitanter. In magistratibus vel in iudicibus distinguo. aut magistratus vel iudex recte. ⁊ iuste infert violentiã vtputa volens exequi sententiam. ⁊ tunc cessat pena huius constitutionis. quia iuris executio non habet iniuriam. vt. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. j. ⁊. ff. quod metus causa. l. continet ⁊. ff. ad. l. acquil. l. quemadmodũ. si autem iniuste ⁊ sine causa aliquem deiecit: habebit locum pena huius constitutionis. ⁊ si est de minoribus magistratibus: durante officio cõuenitur conditione ex. l. ista. si autem est de maioribus. deposito officio. vt. ff. de magistra. con. l. magistratibus. ⁊. ff. de iudi. l. post litterarum. ℂ Sed nunquid habet locum pena huius constitutionis in prelatis ecclesie. ponamus abbas vel prior alicuius ecclesie violentiam intulit. Respon. contra ipsum prelatum. idest abbatem vel priorem habet locum pena huius constitutionis non contra ecclesiam: quia delictum persone non debet in damnum ecclesie redundare. sic nec delictum tutoris vel curatoris in damnum pupilli debet redundare. vt dixi supra. l. proxima. ⁊ supra de seruis fugi. l. quicunque. sed si forte inuasisset cum consensu totius capituli. tunc dicimus ꝙ ipse ⁊ capitulum tenentur pena huius constitutionis: quia si prelatus ecclesie de voluntate capituli excusat nauem capacem vltra duorum milium modiorum in euentu principis. tenetur capitulum. vt supra de sacrosanc. eccle. l. iubemus nullum in fine. ℂ Sed quid dicemus in prodigo: excusatur ne a pena huius constitutionis. Dixerunt domini Joannes ⁊ Azo ꝙ sic: quia prodigus equiparatur furiso. sed hec esset aliena ratio. si prodigus daret maxillatam alicui: ꝙ non tenetur actio. iniuriarum. Unde intelligo. prodigus equiparatur furioso in alienando. vt. ff. de verborum obligatione. l. is cui. sed furiosus vere excusatur a pena huius constitutionis: quia non habet intellectum: sed prodigus habet intellectum: vnde tenetur pena huius constitutionis ne sint melioris conditionis stulti quam periti. quod esse non debet. vt. ff. quod vi aut clam. l. ꝙ seruus. ⁊. ff. de noxa. l. non solum. ℂ Sed quid si parẽs deiecit de possessione fundi filium suum vel nepotem vel patronus libertum suum: habet ne locum pena huius constitutionis? Uidetur ꝙ non. quia licet interdictum vnde vi nõ infamet: turpe est. vnde non datur liberis vel libertis aduersus parentes vel patronos. vt. ff. e. l. neque. Econtra videtur ꝙ debeat parens vel patronus teneri: quia agitur condit. ex. l. ista. ⁊ cessat ignominia in conditionibus. vt. ff. de act. ⁊ oblig. l. cessat. Sed certe dicimus ꝙ non agetur condit. ex l. ista vel interdicto vnde vi: quia turpe est vtrunque. sed datur in factum actio: vt ⁊ alijs datur. vt. ff. de dolo. l. non debet in fine. ⁊. ff. e. l. j. §. interdictum. Hic non obstat quod lex dicit ꝙ filius tenetur furti patri. vt. ff. de furtis. l. vir vxori. quia expono tenetur furti. idest nomine furti. tenetur in factum actione. non autem furti act. quia est famosa. vt. ff. de his qui notan. infa. l. j. sed has questiones sufficiat super personis esse formatas. ℂ Or nunc queramus circa res. habet ne locum hec lex in qualibet re occupata mobili vel immobili? Et certe dicimus ꝙ sic. quia lex ista est introducta vt suppleat interdictum vnde vi ⁊ actio. vi bonorum raptorum. Nam interdicto vnde vi agitur pro immobilibus. sed actio vi bonorum raptorum est prodita pro rebus mobilibus. vt. ff. eo. l. j. in principio. si ergo ista constitutio est prodita vt addat illis scilicet interdicto vnde vi. ⁊ actione vi bonorum raptorum. bene habet locum hec constitutio pro mobilibus ⁊ pro immobilibus: cum debeat aliquid operari. vt. ff. de leg. ij. l. si quando. Item quia littera istius. l. dicit. si quis in tantam furoris peruenerit audaciam: vt possessionem rerum apud fiscum ⁊c. ⁊ nomen rei generale est. vt. ff. si cum pe. l. j. in fine. ⁊. ff. de verborum obligatione. l. rei. ⁊ in institu. vi bonorum raptorum. §. non solum. ℂ Sed denuo quero. habet ne locum hec lex in rebus corporalibus ⁊ incorporalibus? Et videtur ꝙ non. quia hec lex habet locum pro rebus que ab alijs possidentur. igitur habet locum in rebus corporalibus ⁊ non in rebus incorporalibus que non possidentur. vt. ff. de acquirenda possessione. l. possideri in principio. ⁊. ff. de acquirenda rerum domi. l. seruus. §. incorporales. Sed certe dicimus legem istam habere locum tam in rebus corporalibus quam incorporalibus. quia illa quasi possidentur ⁊ veram traditionem recipiunt: licet nõ possideantur vere. vt. ff. si seruit. in titulo generali. l. quotiens. ij. ⁊. ff. si serui. vendi. l. sicuti. §. distant. ⁊. ff. de actio. emptio. ⁊ vendi. l. ratio. §. si inter. Preterea dicit littera. Textus possessionem. sub. vel quasi possessionem. Textus rerum. sub. corporalium vel incorporalium. Unde dicuntur seruitutes: alie rerum alie personarum. vt. ff. de seruit. l. j. Unde si aliquis inuasit rem in qua habeo vsufructum: tenetur conditione ex. l. ista sicut vsufructuario datur interdictum vnde vi. vt. ff. eo. l. iij. §. vnde vi. sed si aliquis inuadit rem in qua habeo seruitutem vrbanam vel rusticam: tenetur conditione ex. l. ista. ℂ Sed denuo quero hic ⁊ formabo hic simul multas questiones. quid si aliquis inuasit rem apud me commodatam vel depositam vel locatam. nunquid habet locum hec constitutio? Certe videtur ꝙ ista constitutio locum non habeat. quia rem commodatam vel locatam vel depositam non possideo sed detineo. vt. ff. commo. l. rei commodate. ⁊ infra communia. de vsuca. l. j. ⁊. ff. locati. l. non solum. vnde sicut si deijcitur seruus cuius corpus possideo: videor deijci. vt. ff. de acquire. possessione. l. possideri. §. ꝙ si seruus: ita si deijcitur depositarius vel cõmodatarius vel colonus meus: mihi violẽtia videtur inferri. vt. ff. e. l. j. §. ꝙ si seruus. Ipse tamen Joannes videtur dubitasse. Nec obstat quod dicit. l. colonum possidere. vt. ff. com muni diui. l. communi diuidũdo. §. neque. quia colonus non possidet sed detinet. vel non possidet sibi sed domino. Dixit tamen dominus Joannes videtur ꝙ bene daretur colono conditio ex. l. ista: quia illata est violentia persone libere si posset agere alio auxilio. sed ratione rei quia non possidebat: dabitur domino beneficium huius constitutionis. ℂ Sed quid si es in possessione alicuius rei causa rei seruande. nunquid habet locum beneficium huius constitutionis? Dixit Joannes, ⁊ hic persone illata est violentia. sed certe qui mittitur in possessionem causa rei seruande: non possidet sed detinet. vt. ff. ex quibus causis in possessionem eatur. l. si ex legati causa. vnde dicam deiectum illum qui possidebat: ⁊ eum contra quem facta est missio. ℂ Quid si aliquis erat in possessiõe ex causa damni infecti? Item quid si aliquis duxerit seruum ex causa noxali? Dixit ipse Joannes. ⁊ hic fit violentia persone. ℂ Sed potest distingui. Si aliquis missus est in possessionem ex primo decreto: non possidet sed detinet. Unde non dabitur ei beneficium huius constitutionis: sed dabitur posses-

sori. Si autem aliquis est missus ex secundo decreto: si erat dominus ille contra quem est facta missio: iste efficitur dominus vnde dabitur ei cōditio ex. l. ista. vt. ff. de dāno infec. l. si finita. §. vectigalibus. ⁊. ff. de noxali. act. l. elect. in fine. ⁊ l. sequenti. ¶ Quid si aliquis erat missus ex carboniano edicto. vt est filius impubes? Dicit ipse Joannes. ⁊ hic illata est violentia persone. ¶ Or segnori hic dicimus: quia non inuenimus alium possidere. vt. ff. de carbo. l. iij. §. due. quod dabitur ei conditio ex. l. ista. ¶ Quid dicemus? in re in qua aliquis habet vsum dicitur vsuarius vel hypothecarius. vel aliquis qui conduxit rem a domino per modicum tempus deicitur. habet ne locum pena huius constitutionis? Et certe ista constitutio est prodita possidenti. at constat istos naturaliter possidere. vnde habent vtilem in rem si desinat possidere. vt. ff. de acquirenda possessione. l. naturaliter. vnde habent beneficiū huius constitutionis. ¶ Quid si rem tuam apud me constitutam surripis mihi? habet ne locum beneficium huius constitutionis? Dixerunt quidaʒ ꝙ sic. quia fur possidet licet iniuste. vt. ff. de acquirenda possessione. l. possideri. §. extraneo. Item quia aduersus extraneos vitiosa possessio prodest. vt. ff. de acquirenda possessione. l. vltima. ¶ Or segnori dominus Joannes tetigit hic istam questionem. ⁊ non determinauit eam. sed vos dicetis ita ꝙ ista constitutio non potest habere locum si rem tuam mihi obligatam surripis: quia hec. l. loquitur quando violenter inuaditur res. ⁊ dicitur violenter inuadi res: vt dixi in littera. Sed vbi surripis mihi rem tuam mihi obligatam non infers mihi violentiaʒ: igitur cessat hec constitutio. Sʒ dicis tu. quomodo subuenitur mihi contra dominum. Hoc est planum quia facit furtum ⁊ tenetur furti. sed res non efficitur furtiua. vt. ff. de vsucap. l. sequitur. §. si reʒ. ¶ Sed denuo quero. ⁊ ista questio est scholastica. pone scholaris tibi scholari accommodauit equuʒ suum: vt ires vsqʒ ad castrū francum. tu noluisti dare annonam equo. sed misisti equum ad fossatum vt pasceret herbaʒ sicut faciunt milites qui nō habent abundantiam pecunie. scholaris qui accommodauit equum alij scholari vidit equum in pascuis. ⁊ cepit sua auctoritate equum ⁊ duxit ad domum suam eum. Modo q̄ritur vtrum teneatur commodator qui inuenit equum commodatum solitariuʒ in pascuis ⁊ eum duxit ad domum suā pena huius constitutionis. ¶ Segnori ego nō video quare pena huius constitutionis habeat locum: tum quia possidet commodator. vt. ff. commo. l. rei. tum quia violentiam non intulit. ⁊ hec constitutio habet locum cum violentia infertur persone possidenti. Unde quid habebit locum? Respondeo aget commodatarius con. act. contra commodatorem: quia nimis tempestiue reuocauit commodatum cum esset beneficio. vt. ff. commo. l. in cōmodato. §. sicut. ¶ Sed denuo quero hic. ponamus ingressus es fundum meum. ⁊ quando es ingressus possidebam aliquam rem animo ⁊ corpore. modo recessi nemine derelicto in fundo meo. tu venisti ⁊ clam ingressus es. venit vicinus meus ⁊ dicit mihi. talis ingressus est fundum vestrum. cepi cogitare. iste habet malum animum. si vadā: non admittet me. vnde suspicatus sum me posse repelli habet ne locum hec constitutio? Dixerunt quidam ꝙ sic: quia per suum ingressum priuor possessione mea. Sed male dicunt. vbi ingressus est quis me absente: illa possessio erat vacua corpore non animo. vnde si suspicatus sum me posse repelli. desij possidere. vt. ff. de acquirenda possessione. l. si id quod. vnde hec constitutio non habet locum: quia non habebam naturalem: quia corpore vacabam. per clandestinum introitum illius amisi meam ciuilem: quia suspicatus sum me posse repelli. vnde quomodo subuenitur mihi conditio. ex. l. illa dicam infra. c. cum querebatur. Uel potest dici ẜm nos ꝙ illa. l. intelligitur in possessione vacua animo ⁊ corpore: ꝙ agam contra eum interdicto quod vi aut clam. vt. ff. quod vi aut clam. l. j. ¶ Or descendamus ad tempus ⁊ queramus quo tempore locuʒ hec lex habeat. Et primo queramus habet ne locum hec. l. omni tempore. scilicet ante lit. contesta. ⁊ post litem contesta. ⁊ ante sententiam ⁊ post sententiam? Et dico ꝙ sic. quia littera dicit ante euentum iudicialis arbitrij inuadit: quia si inuadit ante litem contesta. vel post ⁊ ante sentētiam: ante euētum iudicialis arbitrij inuadit. Item habʒ locum post sententiam: si iudicis auctoritas non intercessit: quia lex dicit. si conuenio te de aliqua re ⁊ obtinui: nō debeo ingredi mea auctoritate: sʒ iudicis auctoritate. vt. ff. de re iudi. l. si miles. §. penultimo ⁊ vlti. Item habet locum post sententiam: si ingredior iudicis auctoritate: sine cause cognitiōe. verbi gratia. conuenio te rei vendi. ⁊ vi te per sententiam diffinitiuaʒ elapsis temporibus que dantur condemnatis venio ad iudicem. ⁊ dico ei. domine mittatis me in possessionem talis rei. si te non citato inducat me in posses. non rite iducit: quia licet merueris sententiam: posset esse ꝙ fecisti mihi pactum de non petendo. Item posset esse ꝙ illa sententia posset retractari beneficio restitutionis. vt supra. l. proxima. ⁊ infra titu. proximo. l. vltima. sed si eum cause cognitione me induceret non habet locum beneficium huius cōstitutionis. Cōtra exequentem non: quia iuris executio non habet iniuriā. vt. ff. de iureiuran. l. iniuriarum. §. j. Item contra me missum non: quia iuste possidet qui auctore pretore possidet. vt. ff. de acquirenda possessione. l. iuste. Item habet locum post sententiam: quia principium huius. l. est generale. ⁊ sic tota. l. est generalis. ff. de iure ⁊ facti ignorā. l. regula. §. vltio. Nec ob. quedam. l. supra fini. regun. l. si constiterit: quia ibi est speciale in act. finium regun. ⁊ sic speciale non trahitur ad generale. vel econtra. vt. ff. de verborū obligatione. l. doli clausula. ¶ Quid autem si inuadit aliquis possessionem duʒ nō habet copiam iudicis: punitur ne? Uidetur ꝙ sic: quia non debet quis sibi dicere ius sua auctoritate. vt. ff. quod metus causa. l. sed ⁊ partus in fi. cum. l. sequenti. que incipit extat. Econtra videtur qꝛ non est tutela iuris in medio ⁊c. vt. ꝭ. de iudeis ⁊ celi. nullus. Item pro hoc est argumen. supra vt li. vin. sine iu. l. j. Item pro hoc est argumentuʒ. ff. que in frau. credito. l. ait pretor. §. si debitorem meuʒ. ¶ Or segnori circa dominum inuadentem subijciam aliquas questiones. Hic dicitur dominus inuasor restituit possessionem ⁊ perdit dominium. Sed nunquid amittit dominiuʒ ipso iure an per sententiam diffinitiuam? Dixerunt quidam ꝙ ipso iure amittit dominium. Simile argumen. est supra loca. ⁊ conducti. l. vltima. sicut actor qui se subtraxit ⁊c. vt in auc. de litigi. §. qui est. ꝭ. quomodo ⁊ quando iudex. l. consentaneuʒ. ⁊ incipit qui semel. Iteʒ siquis committit crimen. l. iulie maiesta. perdit administrationem bonorum suorum ipso iure. vt infra ad. l. iuliā maie. l. vltima. Item si quis transfert res illicitas publicantur ipso iure. vt de publi. l. si commissa. ⁊ l. j. ⁊. ij. Item perdit dominium ipso iure ⁊c. vt in aucten. de muliere que nuptoribus per totuʒ. sic ⁊ in auctentica. vt nō si. pigno. §. illud colla. v. sic. ⁊ in auctentica. vt nulli iudi. §. quia vo. Sed certe in questione ista nos dicimus contra. ⁊ dicimus ꝙ inuasor dominus perdit dominium per sententiam diffi. non ipso iure. nam hec est regula. pene sunt molliende non exasperande. vt. ff. de penis. l. interpretatione. ⁊ in auctentica vt litigantes. §. in rem. vnde quis debet priuari bonis suis per sententiam non ipso iure. vt supra de hereti. ⁊ mani. l. quicunqʒ. §. ꝙ si fecerint. Iteʒ quis priuatur per sententiam. vt. ff. de silleya. l. necessarias. §. non als. simile supra de iureiuran. calum. l. ij. §. vltimo. Et debet ita formari hoc casu. petitio. ago contra talem quem dico violenter inuasisse possessionem talis rei apud me constitutam sua auctoritate. vnde peto ꝙ condemnetur mihi ad possessionem illius rei restituendam. ⁊ vt insuper pronuncietur per sententiam diffinitiuam vt dominium eiusdem rei amittat. non dicit amisit. ⁊ hoc si erat dominus. Sed si res est mea. ⁊ insuper peto vt mihi estimationem illius rei prestet. ⁊ ad hoc cōdemnetur. ⁊ hoc peto proposita conditione si quis in tantam. Super alio quando quis inuadit rem alienam formo plures questiones. ⁊ aduertatis. si possideo rem alienam in qua non habeo ius. ⁊ auferes mihi per vim condemnaris ad restitutionem possessionis. ⁊ in vera estimatione. sed secus est in interdicto vti posside. Et est ratio: quia est maius interdictum scilicet vis expulsiua. q̄ vis turbatiua: quia

expulsiua

expulsiua non potest esse sine violentia persone. compulsiua sic. ⁊ si persona non tangatur: quia solum si trahat gladium dicens: si non tradis: amputo tibi caput. expulsiua non potest esse sine vi illata persone unde vi. iterdicto unde vi condemnetur in estimatione vera ⁊ in possessione restituenda. idem est in auc. quod metus causa. ꝙ in prima sententia condemnaris in vera estimatione possessionis: sed in secunda sententia in quadruplum. ¶ Or segnori circa articuluz istum est insistendum. quando inuasor est dominus pleno iure: vel quando nulluz ius habebat in re. sed quid dicemus? ponamus titius inuadit rem in qua habet nudam proprietatem: ⁊ in qua ego habeo usufructuz. titius aufert mihi possessionem per vim. qualiter punitur titius? Dicunt quidam ꝙ condemnatur in possessione restituenda ⁊ ad estimationē nude proprietatis. ⁊ ego quia commisi violentiam: condemnabor tibi ad possessionem. ⁊ insuper perdam usufructum. Vel dicatis ꝙ titius qui habebat nudam proprietatem: cōdemnabitur ad estimationem rei ⁊ ad possessionez quasi usufructuarius non habeat ius. vel si ego usufru. violentiaz cōmisi: condemnabor ad possessionem ⁊ ad estimationem proprietatis. ¶ Sed quid dicemus? ponamus titius inuadit rem cuius proprietas erat mea. ⁊ sic ciuiliter possidebam. usufructus erat tuus: ⁊ sic naturaliter possidebas: cui condemnatur titius? In questione ista ita distinguo. aut res inuasa est immobilis aut mobilis. ¶ Si immobilis si ipe deiecit me proprietarium qui iueram videre fundum: vel me venientem non admisit condemnabitur mihi ut restituat ciuilem meam possessionem. Item condemnabitur mihi ad estimationem nude proprietatis: non ad estimationem usufructus: ⁊ licet me deiecerit non te: quia non tibi sed mihi possidebam. Si autem te usufruct. deiecit non me condemnabitur tibi restituere naturalem possessionem. ⁊ condemnabitur tibi in estimationem usufructus. nec te deiecto videor deiectus: quia tu mihi non possidebas. unde si ille qui deijcitur pleno iure est dominus: deijciens condemnatur ad possessionem. ⁊ insuper in estimatione vere proprietatis. Si nullo modo erat dominus: similiter condemnatur ad possessionem ⁊ in estimationez vere proprietatis exquo ipe solus possidebat. Si autem erat dominus nude proprietatis: condemnabitur sibi ad possessionem ⁊ ad estimationem proprietatis. Si autem est usufructuarius: condemnatur ei ad estimationem usufructus. Nam aliud est precium plene proprietatis: aliud possessionis: aliud nude proprietatis: aliud usufructus. ut. ff. uti possi. l. si duo. ¶ Si autem erat res mobilis. si aufertur mihi siue tibi. desino possidere: quia in rebus mobilibus violentia facta ꝓprietario. desinit possidere. ⁊ tunc diuiditur furti actio. Si esset simplex furtum condit. ex. l. ista: condemnabitur mihi ad nudam proprietatem ⁊ ad eius estimationem. ut. ff. de furtis. l. inter omnes. §. si seruus. ¶ Sed denuo quero que differentia est inter hanc constitutionem ⁊ decretum diui marci? Respondeo. Illud decretum habet locum inter creditorem ⁊ debitorem. ut. ff. quod metus causa. l. sed ⁊ partus in fi. cum. l. seq. que incipit extat. ¶ Sed ista constitutio habet ne locuz extra. l. istam? quero pone rem meam apud te constitutam inuado. ⁊ scio mihi de iure non licere: tenebor ne pena huius constitutionis? Dixit plac. ꝙ non: sed tenebor interdicto unde vi. vel act. vi bonorum rapto. si erat res mobilis: quia constitutio ista est introducta in supplementuz interdicti unde vi. ⁊ act. vi bonorum rap. sed interdictum unde vi habet locum: cum quis dolo malo facit ⁊c. ut. ff. de vi ⁊ vi ar. l. iij. §. ij. Item actio vi bono. rapto. habet locum pro re mobili: ut ff. vi bono. rapto. l. j. §. j. Sed ista constitutio locum habet quando sine dolo. Sed in questione ista nos dicimus ꝙ siue inuasi rem meam apud te constitutam dolo malo. idest cum scio mihi de iure non licere: siue non dolo malo: quia credo mihi licere: ꝙ teneor hac constitutione. ut instit. vi bono. rapto. §. quia tamen. ⁊. §. non solum. Item quia hec. l. loquitur generaliter. unde generaliter debet intelligi. ut. ff. de le. pre. contra tab. bono. posses. peti. l. j. §. generaliter. Item si ista constitutione non tenetur ille qui inuaderet rē sciens sibi non licere ⁊ teneretur ille qui credit licere sibi inuadere: melioris conditionis essent stulti q̃z periti. quod esse non debet: ut. ff. quod vi aut clam. l. ꝙ seruus ait. ⁊. ff. de peti. heredi. l. si a patre vel a domino. §. si predo. ¶ Sz denuo quero. possideo aliquem seruum. iste seruus fugit a me. ⁊ persecutus sum eum ⁊ accipio eum. nunquid committo in constitutionem istam? Dixerunt quidam ꝙ sic. ⁊ debeo priuari ipso iure eius dominio. Sed hec opinio non est bona: quia priuari debeo per sententiam ut. s. dictum est. Item ⁊ alia ratione: quia si seruus meus fugit a me: quādiu non possidetur ab alio: possideo eum. ut. ff. de acquirenda possessione l. possideri. §. si seruus vel nisi fuerit diu moratus in libertate: ut legitur de spartano. ut. ff. de acquirenda possessione. l. rem que nobis. §. j. unde si possideo eum: nonne licet mihi meam possessionem per vim retinere. ut supra. e. l. j. preterea cui teneretur conditio. ex. l. ista? ipsi seruo non. quia seruus meus est. ⁊ inter seruum ⁊ dominum nullum est iudicium. ut. ff. de iudi. l. lis nulla. Sed si apprehensus esset ab alio ⁊ ego auferrem illi per violentiam: haberet locum hec constitutio. ¶ Denuo quero conditio. ex. l. ista. est ne possessoriuz iudicium recuperande possessionis vel petitorium? Et videtur ꝙ sit possessorium: quia si quis inuadit possessionem rei apud me constitute: tenetur possessionem restituere. Contra. videtur. scilicet ꝙ sit petitorium. quia per sententiaz priuatur quis dominio rei sue. Sed nos dicimus ꝙ conditio ex. l. ista est pro parte possessorium ⁊ pro parte petitorium. Possessorium est quatenus tenetur inuasor possessionem restituere. Petitorium est quatenus priuatur quis dominio rei sue per sententiam. ¶ Sed quero hic. ago contra te conditio. ex. l. ista. ⁊ condemnaris mihi: poteris ne appellare? Et videtur ꝙ non: quia possessorium iudicium est. ⁊ super questione momentarie possessionis non appellatur. ut supra quorum appellatio non recip. l. quisquis. ⁊ supra si de momentaria possessione fuerit appella. l. j. Econtra videtur ꝙ sic: quia petitorium iudicium est. unde appellatur: qr ⁊ in maioribus ⁊c. ut supra de appella. l. in maioribus. Sz in questione ista dicimus ꝙ condemnatus a sententia lata ſm conditionem ex. l. ista: appellat: quia beneficium huius constitutionis in aliquo est petitorium. ⁊ proprietas preualet posses. ut. ff. de acquirenda possessione. l. exitus. ⁊ maius trahit ad se minus. ut. ff. de in integrum restitutione. l. scio. unde dico ꝙ poterit appellari. ⁊ ad hoc facit. ff. uti possidetis. l. j. §. hoc interdictum. Item quia non debet diuidi continentia cause. ut. ff. de iudi. l. nulli. scio tamen ꝙ in questionibus pilei inuenio ꝙ quatenus quis condemnatur restituere possessionem non posset appellari. sed quatenus qs priuatur dominio rei sue potest appellari. Odofredus.

Momentarie possessionis.

Lex ista legitur ⁊ itelligitur tribus modis. Ego tamen premittam veriorem lecturam. Et uno modo vult hoc dicere. si tu expulisti me de possessione fundi quem possidebam ciuiliter ⁊ naturaliter. vel ciuiliter tantum. vel naturaliter tantum. possum te conuenire ciuiliter interdicto unde vi. ⁊ criminaliter. l. iulia de vi publica. ⁊ si eligo te cōuenire interdicto unde vi sine omni inscriptiōe. ⁊ sine omni libello. ⁊ hoc dicit ista. l. Et ſm hanc lecturam ita exponetis litteram. Tex. momentarie possessionis interdictum. scilicet unde vi ut faciat ad titu. ⁊ dicitur momentarium: quia habile est durare per momentum. quia si quis obtinuit hodie in posses. potest cras succumbere in proprietate. ut supra qui legi. per ha. standi in iudicio. l. momētarie. Textus quod scilicet interdictum unde vi. Textus non semper ad vim publicam vel priuatam. sub. Cum agitur ciuiliter ſm istam lecturam. secus si agatur criminaliter: quia si vis infertur sine armis. habet locum. l. iul. de vi priuata. Si autem infertur vis cum armis: habet locum. l. iulia. de vi publica. ut institu. de publi. iudi. in principio. Textus mox. legitur hec dictio. mox. pluribus modis. Et uno modo sic. mox. idest infra annum de eo quod ad eum non peruenit. ut ff. eo. l. j. Vel mox. idest postea ⁊ post annuz sine inscriptione quasi dicat sine libello. Sed quare dicit interduz? Ideo

quia si deiecisti me de possessione fundi mei per vim: possum te accusare.l.iul.de vi pu.si cum armis intulisti mihi violentiam.vel.l.iul.de vi priuata: si sine armis intulisti mihi violentiam. Et si volo te accusare criminaliter: debeo accusare cum libello: quia olim secundum antiqua tempora non offerebatur libellus in causa criminali.vt.ff.de acc.l.libellorum.et.ff.de priua.delic.l.vltima.sed si volo te conuenire interdicto vnde vi ciuiliter potero te accusare sine inscriptione.idest sine libello:quia ante tempora Justiniani erat in electione actoris an vellet offerre libellum: vel non. vt.ff.de eden.l.j.§.edere.hodie est contra.vt.s.de lit.contest.auc.offeratur.et auc.libellum.et.s.de episco.et cleri.auc.generaliter.et hec est plana lectura.et secundum hanc lecturam non vult plus dicere hec.l.quia olim non ferebatur libellus.fallit in casu qui ponitur.j.de dis.l.quot.lib.x. ¶ Legitur et secundo modo hec.l.si deiecisti me de posses.fundi per vim: certe possum te conuenire interdicto vnde vi.sine inscriptione antiqua tali que erat.vt si quis caderet a syllaba caderet a tota causa. Tex.interdictum.sub. quodcunque sit siue retinende posses.siue recuperande siue adipiscende.vt.ff.de interdic.§.adipiscende.vt.ff.e.l.ij. Tex.mox.idest statim. Tex.sine inscriptione.idest sine antiqua solemnitate.nam olim interdicta debebant proponi cum solemnitate que recessit ab aula vt.s.de interdic.l.certi iuris est.et.l.vltima. ¶ Legitur et tertio modo si conuenio te interdicto vnde vi.debeo audiri sine inscriptione.idest sine magna dilatione quasi dicat summarie debet cognosci. et tunc exponetis sine inscriptione.idest sine magna dilatione.vt.ff.ad.l.iul.de vi pu.vel priua.l.si quis fundum. Odofredus.

Si quando. In.l.ista dicitur per vim deiecisti me de possessione domus mee.i illa aggressura amisi omnia vtesilia mea: et omnia mobilia conuenio te interdicto vnde vi gratia recuperandi possessionis domus de qua me per vim deieceras.et bene scitis quod gratia rei immobilis teneberis de mobilibus: vnde peto te condemnari mihi ad posses.restituendam et ad omnia amissa per aggressuram.bene probaui de aggressura.sed non potui bene probare singula vasa que amisi.quid erit.idest quomodo subuenitur mihi? Respondet imperator ex quo constat violentiam esse mihi commissam: standum est sacramento meo.vnde iurabo in litem super estimatione earum facta taxatione a iudice. Tex.si quando vi.sub.expulsiua de qua agitur in toto isto titulo. Tex.patefacta.idest probata per testes de vi et aggressura.vnde tamen de singulis amissis possum probare vel de damno commisso. Tex.questio proponatur: quia dico me amisisse vasa. Tex.qui vim.sub.expulsiuam. Tex.probare.sub.per testes. Tex.qualiter.sub.vtrum sim ita diues quod talia vasa habere potuerim. Tex.dato.sub.a iudice et prestita cautione. Tex.oportet.sub.cum qui vim itulit. ¶ Or segnori no.si fuisti me in fundo meo aggressus in quo multa vtesilia vel animalia habebam.et deiecisti me: et in illa deiectione multa amisi: indubitanter in interdicto vnde vi veniunt res solide sed gratia rei immobilis teneris et de mobilibus.vt.ff.e.l.j.§.illud. si egi interdicto vnde vi et petij te codenari ad posses.domus mee restituendam et ad omnia vtensilia: vel ad omnia animalia: et probaui per testes quod me deieceras: non autem plene potui probare de singulis vasis amissis: medium tui est introductum quod de rebus mobilibus amissis in aggressura stetur sacramento.modo facta estimatione a iudice me habuisti ibi mobilia secundum quantitatem personarum et facta taxatione te condemnabit licet regulariter interesse habeat probari testibus non iureiurando.vt.ff.de preto.stip.l.vlti.nisi inopia probationum.vt.s.de rebus creditis.in bonefidei. ¶ Et ideo no.hic quod in his que non possunt probari per testes: statur iuramento alicuius facta taxatione prius a iudice vt hic.sic et.ff.de iureiur.l.videamus.nec postea taxat.vt in auc.de iudi.§.oportet. Sic et al's est speciale.s.de iudi.l.properandum.§.siue alterutra.et.l.sancimus.sic et in.his que relicta sunt in redemptionem captiuorum.vt.j.de do.l.siquis.et.ff.depo.l.j.§.si quis argentum.sic.et.ff.e.l.j.§.non solum.sic.et.ff.de fur.l.in actione.§.de veste.et ex illa.l.extracta est illa decre.extra quod metus causa.c.penultimo.

dita: siue interdicti de cloacis tria capita sunt. Primuȝ caput est prohibitorium: q2 ꝓhibeor immittere cloacas in edes alienas ⁊ si imisi teneor tollere. Scđm caput est prohibitorium: q2 prohibeor imittere cloacam in locū publicū. Tertium caput est punitorium: q2 nullus dȝ me prohibere quin faciam cloacam ⁊ faciā purgare si feci in eo loco vbi habeo ius faciendi: vt. ff. de cloacis. l. j. in pn. §. j. Cōcludetis ergo ita. interdictum vti possidetis est generale retinēde poss. de omnibus rebus imobilibus. interdictum de cloacis ē speciale. vnde si est generalis clausula nō trahitur ad specialē: vt. ff. de penis. l. sanctio. ⁊. ff. de verb. obli. l. doli clausula. ita generale interdictum vti possi. non datur de cloacis. qa sua specialia interdicta sunt pro cloacis. ❡ Or segnori modo his visis procedamus vltra ⁊ perueniamus ad altiora ⁊ ad uertatis ista. Et primo ad vnum qđ hic dicitur: qđ est difficile ad proponendum exemplum in terminis. Nam hec. l. dicit ꝙ si duo agunt adinuicem interdicto vti posside. ⁊ alter ab altero non vi non clam possidet. ille qui possidet vincit. sȝ qui possidet ab aduersario vi vel clam vel precario non vincit interdicto. Modo videamus exempla quando possideo ab aduersario vi vel clam vel precario ⁊ non vincam: quando non possideo ab aduersario vi vel claȝ vel non precario: ⁊ quando possideo ab aduersario non vi non clam non precario: sed ab alio possideo vi vel clam. ⁊ nihilominus vincā. ⁊ statim ponamus exempla. ꝙ possideo vi: vt sic in hoc interdicto non vincam. ⁊ circa hec posuit dominus Joā. ⁊ Azo quedam exempla obscura. sed vos ponatis circa hoc exemplum satis clarum. Et vno modo potest notari exemplū ſm Joan. ⁊ Azo sic. tu possides fundum tuū naturaliter ⁊ ciuiliter. dum tu vis arare venio ⁊ intro fundum. dicis tu mihi. amice ad quid venisti ad hunc fundum? dico ego veni arare quia dominus sum. dicis tu: malefacis quia possideo vnde recedas. dico ego certe non faciam. dum tu vis arare: accipio aratrum ⁊ proijcio eū ad alias partes. infero tibi vim turbatiuam non expulsiuam q2 non deijcio te. sed quādiu manes in fundo ⁊ ego maneo. si conuenio te iterdicto vti possi. ne turbes me in poss. illius fundi quā possideo a te vi: non vincam te sed vincar a te. quia tu non mihi sed ego tibi vim turbatiuam infero vi. si tu non inferes mihi sed ego tibi: possideo ita a te vi vnde non vincam te sed vincar a te. naȝ in eo ꝙ cōtendo me possidere ⁊ te nego possidere: videor tibi tuā posses. vsurpare. Item si dico me habere in fundo tuo serui tutem. ⁊ dico me esse in possessiōe ipsius. nā per hoc videor mihi vsurpare quādam poss. sed q2 a te vi possideo succūbā. Ego tamen consueui alio modo ponere istud exemplum. tu eras in pos. fundi tui naturali ⁊ ciuili: ⁊ volebas arare fundum illum ⁊ seminare. veni ⁊ intraui funduȝ illū ⁊ dixi tibi. exeas de isto fundo. dixisti tu. nolo. vn̄ ego te deieci de possessione fundi tui per vim. ex quo te deieci per vim: quid facio? venio ⁊ volo arare ⁊ seminare funduȝ. tu non vis ꝙ debeam arare nec habes tot amicos vt possis me deijcere de possessione illius fundi: sed turbas me illum funduȝ arare: nec permittis seminare. conuenio te interdicto vti possi. bn̄ scitis ꝙ possideo licet vi. quia sum predo. quia possideo a te vi. Certe hoc casu iudex non cōdemnabit te mihi: quia ego possideo a te vi. sed si tu agas contra me interdicto vti possi. iudex condemnabit me tibi. Item posses mihi dicere. dolo facis: quia petis qđ restituturus es. nā illa regula habet locum in possessorijs ⁊ petitorijs: vt. ff. de doli excep. l. dolo facis. ⁊ hoc exemplum satis est bonum. ❡ Ex predictis ergo colligetis. si verum possessorem turbo in sua poss. habet plura remedia contra me. nam potest me conuenire interdicto vti possi. vt hic. Item potest mihi obijcere ex. doli. vt in pal. l. ff. de ex. doli. l. dolo. Item potest me conuenire iniuriaruȝ actione: vt. ff. de iniurijs. l. iniuriarum. §. j. nam cōpetit mihi iniuriarum siquis me prohibente ingreditur fundum meuȝ contra eum. vt probatur. ff. de acqui. rerum do. l. naturalem autem libertatem. §. apium quoq3. in fi. ⁊ ar. ff. de actio. emp. ⁊ vendi. l. qui pendentem. in fi. Item potest me per vim expellere: vt. s̄. vnde vi. l. j. dixi. Item potest extra ordinem ire ad iudicem ⁊ dicere. domine possideo talem fundū. talis homo non iure sed iniuria vult venire ad fundum illum ⁊ turbare me in possessione illius fundi. mādetis ei ne me turbet. sed si aliquid vult dicere đ iure suo: veniat corā vobis. nam ad officiuȝ iudicis pertinet ne iste violentie illicite fiāt: vt. ff. de offi. presi. l. illicitas. in princi. ne si hoc non prohiberet perueniremus forte ad arma ⁊ rixas: quod pretor nō debet pati vt litigantes veniant ad arma ⁊ rixas: sua iurisdictio compescere potest: vt. ff. de vsur. l. equissimum. in princ. Item quia congruit bono presidi prouincie prouinciam suam paratam habere: vt. ff. de offi. presi. l. congruit in prin. ❡ Modo videamus qualiter alter ab altero possideat clā: vt sic si agat hoc interdicto succumbat. ⁊ ponetis ita exemplum. possidebam animo meo ⁊ corpore: recessi de fundo meo nemine ibi derelicto. tu venisti clam sperans te prohibendum si scissem ⁊ ingressus es fundum ⁊ incepisti arare tuo nomine nō meo vt sepe fit in ciuitate ista. ❡ Or segnori vbi recedo de fundo meo nemine derelicto retineo possessionem ciuilem solo animo: naturalem perdo. Si tu ingrediaris in possessionem fundi mei: statim es nactus poss. clandestinam naturalem: vt. ff. de acquiren. posses. l. clam. §. qui ad nundinas. ⁊. ff. quod vi aut clam. l. iij. §. vlti. venio ⁊ redeo ad fundum ⁊ inuenio fundum aratum ⁊ seminatum. dico quid est hoc? quero a circunstantibus. quis fecit istud? dicunt ipsi. nescis tu? singulis diebus quando recedis de cultura: talis ingreditur cū bobus ⁊ arat ⁊ seminat. sic dico ego. si vellet mihi donare ista semina esset vnum quod multum placeret mihi. sed ipse facit alia intētione vt credo ⁊ venio ad te ⁊ dico tibi. quid est istud quod tu fecisti in fundo meo: quia non habes aliquod ius in eo fundo? dicis tu. credo habere ius: ⁊ videbitis tempore messium. dico ego ei nō expectabo illam diem. vnde mitto pro te vt venias coraȝ iudice ⁊ incipio te cōuenire interdicto vti possi. tu quid facis? similiter conuenis me interdicto vti possi. ne te turbeȝ. ego non possideo a te clam vnde vincam te. tu non vinces me: quia possides clam. vnde iudex absoluit me a petitione tua. ❡ Sed hic vltra proceditur ⁊ videtur ꝙ istud exemplum non possit de iure tenere in premisso exemplo. dic mihi interdictum vti posside. est retinende possessionis ⁊ datur solummodo possidenti? ⁊ hec est vera differentia inter interdictum vti posside. ⁊ interdictum vnde vi: vt. ff. eo. l. j. §. est igitur. Sed vti possidetis datur possidenti. quando ibimus adinuicem ponam meum libelluȝ in manu iudicis. ⁊ tu similiter pones libellum tuū in manu iudicis. ego bene possum agere interdicto vti posside. quia ciuiliter possideo. naȝ ciuilis possessio animo retinetur: vt. s̄. de acquiren. posse. l. licet. Sed tu quomodo poteris agere cōtra me interdicto vti posside. cum habeas clandestinam naturalem possessionem que solo corpore retinetur ⁊ dum pedibus quis insistit: vt. ff. de acqui. pos. l. j. in prin. ⁊ tu duȝ es corā iudice nō incumbis corpore in fundo. Item nec ciuiliter possides: q2 illam animo solo retineo: vt. s̄. dixi. ⁊ ita tu nō potes eandeȝ ciuilem poss. habere sicut duo non possunt eandem rem insolidum possidere: vt. ff. de acquiren. posses. l. possideri. §. ex contrario. ⁊. ff. cōmo. l. si vt credo. §. si duobus. ⁊ sic cuȝ nullo modo possideas: non potes interdictum vti possi. intendere contra me cum soli possidenti detur: vt. s̄. dictum est. preterea quo iure quesita fuit ista naturalis clandestina possessio. s. per introitum: eodem iure amissa est. s. per exitum. quia nihil tam naturale est ⁊c. vt. ff. de regu. iur. l. nihil tam naturale est. De hoc fuerūt derisi antiq qui dixerunt ad hoc vt clandestino possessori detur interdictuȝ vti possi. necesse est ꝙ iudex debeat cognoscere in fundo: quia veniet ad iudicē ⁊ dicet ei. Domine ipse retinet suaȝ ciuilem possessionem solo animo. ego non possum retinere meam naturalē nisi semper sim in poss. fundi. si exiret de possessione fundi: nō posset agere interdicto vti poss. cum illud detur soli possidenti: vt. s̄. dixi. vnde veniatis ad funduȝ ⁊ ibi examinetis iudiciū. al's claudicaret iudicium qđ esse non debet: vt ar. ff. de arbi. l. si cum dies. §. penulti. Sed segnori hec opi. antiquorum non placet: quia ius debet reddi in loco in quo consueuit reddi saluo more maioruȝ: vt. ff. de iusti. ⁊ iur. l. ius pluribus modis dicitur. Item non placet opi. eorum alia ratione: qa est contra. l. que dicit ꝙ partes debent venire ad iudicē: nō econtra:

econtra: vt. s. de epi. et cle. l. iubemus. in fine. Itẽ nõ placet
hec opi. qz interdictum nõ põt ita breuiter terminari: immo
de hoc plene cognosceretur. preterea certi sunt iudices maxi
mi qui interduz se transferunt ad successus et vadũt ad san-
ctam mariã de monte et cognoscunt ibi de his que recipiũt
summariam cause cognitionem: vt. ff. quis ordo in bonorũ
posses. l. iij. §. dies. Item non placet opi. antiquorum et alia
ratione: quia nos dicimus differẽtiam esse: aut possidet qs
ciuiliter et naturaliter: aut naturaliter tantũ: aut ciuilit tm.
Si possidet quis ciuiliter et naturaliter: si recedit de fundo
perdit naturalem possessionem: tamen retinet ciuilem solo
animo: et tunc exeundo de fundo: nõ destituitur omni auxi-
lio sed amittit naturalez poss. et retinet ciuilẽ. Sed vbi pos-
sidet quis naturaliter tantuz si recedendo de fundo posses
sionem perderet naturalem destitutus eẽt omni auxilio qd
esse non debet vt diximus in muliere. s. si secũdo nupserit
mulier. l. vnica. vnde dicim9 ꝙ ille qui possidet naturaliter
siue sit in fundo siue recedat: solo animo retinet naturalem:
clandestinam pos. vt. ff. de acquiren. poss. l. naturaliter. ne se
quatur istud inconueniens. s. ꝙ infinitis vicibus pdat pos.
vt eam nanciscatur. sic dicimus in isto qui solam habet na-
turalem. quia veniendo ad iudicem non amittit. Item non
refert possideat iuste vel iniuste: vt. ff. de acquirẽ. posses. l. iij.
§. extraneo. Preterea licet ipse ponat interdictum vti pos-
sidetis. s. qui clam possidebat est inefficax: qz vincitur a me:
quia clam possidet et non me vincit. vnde vsufructuari9 duz
est in fundo aio et corpore possidet. si recedit de fundo pos
sidet animo naturaliter tantũ. qd ex eo apparet: qz ei reuer-
tenti datur interdictum vnde vi si nõ admittatur: vt. ff. de vi
et vi arma. l. iij. §. vnde vi. ¶ Or segnori vidistis exemplum
qualiter alter ab altero possidet vi vel clam. mõ videam9 ex-
emplum quando alter ab altero possidet precario. quod al-
ter ab altero possideat precario leue est videre. pone ꝙ loca
ui tibi fundum meum vsqz ad annuz pro nũmis. finito anno
tu preces porrigis mihi ꝙ tibi locẽ illum fundum sequenti
anno. ego quia non bene coluisti: dico ꝙ nolo tibi locare. sz
dico tibi vade extra. si tu ꝯuenis me interdicto vti possi. cer-
te quia tu detinebas a me: non datur tibi hoc interdictum:
cum soli possessori detur: vt. ff. e. l. j. §. hoc interdictuz. sed si
me impedires datur mihi hoc interdictum contra te. Uel
pone exemplum aliter. tu rogasti me vt tibi concederez pre
cario fundum meum possidere. concessi. postea reuoco solo
animo precarium quod facere possuz quãdocunqz: vt. ff. de
preca. l. cum precario. et tu postea nihilominus remanes in
fundo et dicis te naturaliter et ciuiliter possidere. vnde inqe
tas me in mea ciuili. nam naturalem pos. possum tibi cõce-
dere retinendo in me ciuilem: vt. ff. de preca. l. certe. §. siqui.
vnde venio ad fundũ et turbo te in tua naturali quã tibi cõ-
cesseram. si tu conuenis me interdicto vti pos. certe necesse
habes succũbere: qz a me precario possides vnde non vin-
ces me. sed ego vincam te. si agam contra te hoc interdicto:
vt. ff. e. l. j. si tamen vtrãqz pos. tibi concessissem. s. tam ciuilez
q̃ naturalem qd possum facere: vt. ff. de acquiren. posses. l.
pomponius. §. si is. et experirer cõtra te hoc iterdicto succũ
berem: qz nullo modo possideo. et hoc interdictuz non cõpe
tit nisi possidenti: vt in prealle. l. ff. et. l. j. §. interdictum. sed si
possessorem tuetur: ego si agam contra te succũbam. et ecõ-
tra si tu agas cõtra me hoc interdicto similiter succũbes. qa
licet habeas possessionem naturalem et ciuilem: precario ta
men a me possides. ¶ Or vidistis exempla quãdo possides
ab alio vi vel clam precario a me. si ago contra te: nõ vincis
me sed ego te. modo ponamus exẽpla ꝙ tu possides ab alio
vi vel clam vel precario vincis me non ego te. et ponetis ita
exemplum. possidebam illum fundum ciuiliter tantuz: quia
eram proprietarius. titius in isto fundo habebat naturalem
pos. vt quia vsufructuarius erat. quid fecisti? iuisti cũ armis
et inuenisti in illo fundo titium et dixisti ei. recede de fundo.
dixit titius non recedam. tu per vim deiecisti eũ. tu possides
modo naturaliter sed vi: non a titio sed a me. et possides na-
turaliter maxime si dixisti verba ista titio exeas de fundo. et
ipse dixit non exibo. dixisti tu imo exibis. et ita protestor ꝙ
deijcio te de fundo volens apprehendere naturalez pos. nõ
autem volens priuare alium in sua ciuili. hic possides natu-
raliter: non a me sed a titio vsufructuario. planuz est ꝙ titi9
potest te conuenire interdicto vnde vi gratia sue naturalis
pos. ego hoc audito venio ad fundum: ipedio te arare et col
ligere fructus. tu conuenis me interdicto vti possi. ne turbẽ
te in tua naturali pos. certe tu vinces me non ego te: qz tu nõ
possides a me vi sed a titio: et aduersus extraneos viciosa posses
sio prodest. vt. ff. de acquirẽ. posses. l. vlti. et iste casus ponit.
ff. e. l. ij. in fi. et. l. seq. ¶ Or segnori vidistis exemplum quan
do possides ab alio vi et vincis me non ego te: modo videa-
mus exemplum quando possides ab alio clam et vincis me.
Et exemplum pones ita in terminis. possidebam funduz ci-
uiliter: titius naturaliter. meam ciuilem retineo solo animo:
vt. s. de acquirẽ. posses. l. j. licet titius suam naturalẽ retineat
dum est in fundo animo et corpore: quia possessio appellata
est quasi pedum positio: vt. ff. de acquirẽ. posses. l. j. Una die
dum titius non esset in fundo: iuisti clam et intrasti funduz et
incepisti eum arare. cum ista noua dicta essent titio: vadit ti-
tius et incepit venire ad fundum. dum veniret ad fundum:
mortuus est. finita est naturalis. vnde illa quesita est tibi: qa
eras in fundo. vnde tu possides naturaliter clam: non a me
sed a titio. si ego proprietarius venio ad fundum et turbo te
arare: cõuenies me interdicto vti possi. et vinces me. et iste ca
sus ponitur. ff. e. l. j. §. vlti. et. l. seq. ¶ Unde no. hic vnuz no.
si alter ingreditur clam fundum quem possideo ciuiliter et ti
tius naturaliter: nullam adeptus est possessionem viuẽte ti-
tio: sed eo mortuo sic: qz possessio non potest remanere in he
reditate titij: vt. ff. siquis in te. li. iussus esse fu. l. j. §. sceuola.
Secus tamẽ est si possideo animo meo et corpore coloni: qz
mortuo colono meo non desino naturaliter possidere añq̃
negligam possidere: vt. ff. de acqren. pos. l. si de eo. §. si forte.
¶ Or vidistis exemplum quãdo tu possides ab alio vi vel
clam et me vincis. modo videamus exemplum quãdo tu pos
sides precario ab alio et non a me et me vincas. Ecce exem-
plum. possideo istum fundum ciuiliter. titi9 naturaliter pos-
sidet. tu rogasti titium: vt precario cõcederet tibi illam natu
ralem possessionem et ipse cõcessit. si ego te turbo in illa nãli
poss. poteris me conuenire interdicto vti possi. et me vinces
non ego te: licet ab alio precario possideas. et istud exẽplum
probat. ff. e. l. ij. in fi. cum. l. se. ¶ Or segnori peruentam9 ad
qõnes formandas circa. l. istam. Et prima qstio est talis. qua
liter debeat formari libellus in iterdicto vti possi. et post for
matum libellũ queramus qualiter snia debeat ferri in inter
dicto vti possi. Sic formabis libellũ. si ille qui possidet agat
cõtra nullo modo possidentẽ. nã dicet sic. ago contra talem
dicens talẽ funduz me possidere ciuiliter et naturaliter. et qz
turbat me arare: peto eũ condẽnari ne mihi vim turbatiuã
inferat: et peto me pronũciari possessorẽ. et qz turbauit me ab
anno citra: peto quãti ea res est: pposito interdicto vti pos.
vel actione in factum: vt. ff. e. l. j. in prin. et insti. de iterdi. in fi.
In probatione venit: qz debeo probare ꝙ possideo iuste. et
si hoc probẽ: vincam eũ. et si ipse probat me possidere vi vel
clam ab eo: vincet me et absoluetur: vt insti. de interdi. §. sed
hodie. In condẽnatione venit: qz dicet iudex. ego talis co-
gnitor talis libelli: lite coram me cõtestata: prestito sacramẽ
to calũnie: dei noie inuocato: qz constat mihi actorẽ posside
re non vi non clam nõ precario: et aduersarium non posside
re condẽno reum ne turbet actorẽ et pronuncio possessorẽ.
igitur sicuti possidetis: ita possideatis. et qz turbabat ab an-
no citra: condẽno eum quãti ea res est. Sed quid vult dice-
re istud quãti ea res est? Et dicũt quidam: qz cõdẽnabit tur-
batorẽ in estimatione rei: vt. ff. de vbo. signi. l. hec vba. Sed
ista est inutilis snia: qz actor non deducit in iudicio pprieta
tem sed possessionẽ. vnde ꝙ ille condẽnaret in estimatione
rei: inutilis esset snia: imo iudex non posset facẽ: cuz fatuus
eẽt iudex si condẽnaret eũ in alieno q̃ qd petitum est: vt. s.
de fideicõ. li. l. vlti. Itẽ qz snia dz petitioni concordare: vt. ff.
de neg. gest. l. põpo. in fi. Unde dicimus ꝙ sub illis verbis.
quãti ea res est. ptinet estimatio possessionis. qz iudex dz te
condẽnare quãti ea res est. i. in estimatiõe possessionis: quã
de officio suo dz taxare: dicẽdo. cõdẽno te in estimatiõe pos.
quã facio tm. est enim aliud precium rei: aliud precium pos.

vt.ff.e. l. si duo in fi.7.ff.qd metus cā.l.si cum mulier. in fin. Et que dicta sunt in interdicto vti possidetis : idem per oia intelligatis in interdicto vtrobi.vt.ff.e.l.j. quidā tñ iudices simplices aliqñ tulerunt ridiculosas snias. qz dū esset actū corā eis interdicto vti possidetis 7 cognouissent de iur vtriusqz:tulerūt talē sniam vti possidetis: ita possideatis.q.d.qp quilibet possideat pro dimidia. sed hec snia nulla est : qz est incerta: vt.s̃. de sen.que sine cer.quāti.pfe.per totū. Nam curare dz iudex ferre certā sniam oibus modis qbus pōt: vt insti. d act.§.curare. vñ iudex vtriusqz iura in sua snia dz declarare: qz dicet ista.quia constat mihi actorez 7c.vt dixi Similiter si vterqz possidet vnus ciuiliter alter nāliter : dz distinguere in sua snia vnū possidere ciuiliter alterꝝ nāliter. ¶ Sz denuo quero hic . sicut sepe vidi de facto in ciuitate ista.maxime vniuersitates cōmittūt istud delictū apud nos due vniuersitates tota die litigant adinuicē de possessione. alicuius nemoris. agit quelibet vniuersitas per sindicuz.7 quelibet vniuersitas probat plene de iure suo.7 eodem mō in partibus vltramōtanis pbāt capitula super iure alicuiꝰ ecclesie. quid faciet iudex : qñ quelibet pars pbat plene de iure suo ? Certe in qōne ista dicimus qp iudex dz intueri testes vtriusqz partis : 7 qualitatem psonaꝝ testiū.7 si viderit testes alterius partis magis esse idoneos: vt qz sunt honestiores: vl' qz vna vniuersitas pbauit per testes qui nō sunt de sua vniuersitate sed aliunde quesiti:7 honesti sunt.7 hoc faciunt cauti aduocati:qz probant per testes nō sue vniuersitatis.7 alia vniuersitas probauit per testes sue vniuersitatis.certe hoc casu iudex magis dz inclinare animum suum: vt ferat sentētiam pro illa vniuersitate que probauit de iure suo per testes non sue vniuersitatis: qz q̄uis de sua vniuersitate aliqua vniuersitas possit dare testes: qz qd est vniuersitatis 7c.vt.ff.de rerum diui.l.necessariuz.§. vniuersitatis.7 qz qd vniuersitati debetur:singulis nō debetur : vt.ff.quod cuiusqz vniuer. nomine.l. sicui.§.j. tñ tales testes quodam modo in testimonium ad sua cōmoda videntur induci. qz si eorum vniuersitas obtinet:7 ipsi per talem victoriam:lz nō directe cōmodū cōsequātur propter vsum rei de qua agit. qz cōmunis est omniū de vniuersitate.vñ magis est ferenda sentētia pro vniuersitate que probauit per alios homines q̄ ex se:q̄ pro illa que pbauit per homines ex sua vniuersitate.7 ad hoc est argumen.ff. de testi.l. ob causam.§.vlti.

¶ Sed quid erit si hicinde est equalitas 7 pitas in oibus? Certe tunc iudex nihil aliud faciet : nisi qz dicet partibus. vultis vos qp dem sentētiam in nomine.p.7.f.7.s.s. In iudicio possessionis qd coram me actum est non pronuncio . qz nullam partem inuenio potiorē. sed rogo deū vt vos maledicat 7 det vobis malam fortunam.7 etatis in nomine dyaboli : qz estis falsatores . nam hoc esse non potest qp ambe vniuersitates possideant.quia duo non pñt insolidum possidere: vt.ff.de acquirē.possi.l.iij.ex contrario tamen iniungo vtriqz parti:ne ad dictum nemus accedat in bāno mille librarum.saluo si vultis agere petitorio qz audiam vos: quia forte tunc apparebit cuius partꝭ potiora sunt iura.7 illa ps tunc vincet:vt.ff.e.l.j.§.huiusmodi aūt.7.ff.de acqui. pos.l. exitus.7 debet facere bonus iudex:ne perueniant ad arma 7 rixas:vt.ff.de vsufru.l.equissimum.in princi.al's incipit.l. si cuius.§.deniqz.7 sic potest intelligi.ff.e.l.si duo.in fi.j.rñ. Nec ob.ff.de iudi.l.de qua re in prin.qz illud verum si pōt. nam h̄ non potest: qz si diceret simpliciter. vti possidetis ita possideatis.esset incerta:vnde non valeret:vt.s̃.de sen. que sine cer.quāti.profe.l.j.7 quasi per totum.7 curare dz iudex certam ferre sentētiam:vt insti.de act.§.curare. ¶ Sed denuo circa.l.istam formo quādam questionem de qua multū dubitat.duo ꝯtendunt se possidere 7 qlibet insolidum.7 qlibet dicit qp alius turbat ipsuz.vnus offert libellum. si alius offert ecōtra libellum:esset planū.sed qd si alius non offert libellū:quid ꝯtingit?qui offert libelluz:de possessione nihil probat.alter qui non offert libellum probat se potiorem:qd faciet iudex?dicit reus absoluatis me:qz nihil pbauit actor. nam actore nō probāte reus absolui dz : vt.s̃.de eden.l.qui accusare volunt.itē pronūcietis me potiorē.dicit actor:dñe iudex non pronūcietis sic.ego coram vobis non potui probare:qz testes nō erant pñtes.vnde vos debetis eū absoluere a petitione mea.non aūt debetis me ei condēnare:7 pronunciare eū possessorē:qz nihil petijt.querit modo quid facere debeat iudex?Et certe dicunt quidaz qp hoc interdictū est duplex:7 bene dicunt in hoc:vt.ff.e.l.si duo.§.hoc interdictuz duplex est.vnde qz vterqz est actor vterqz reus: dicūt qp actor debet absolui:7 reus debet ei condēnari in estimatione possessionis:7 pronunciari possessor.7 pro hoc est ar. ff.de liber.causa.l.quādiu.§.j.7.ff.de libe.le.l.qd mihi.Sed vos dicatis in interdicto vti possidetis vel in iterdicto vtrobi vterqz est actor 7 vterqz reus:cum vterqz offert petitionē suam siue libellum:vnde modo vterqz poterit alteri dānari 7 in aliquo absolui.sed vbi vnus offert libellum 7 alter nō: si non probat qui offert libellum:absoluitur reus non autē condēnatur ille qui obtulit libellum reo.nam alibi in iureiurando ita est 7c.vt.ff.de iureiur.l.sed 7 si possessori.in pn.

¶ Sed denuo quero.cōuenitur aliquis interdicto vti possidetis vel vtrobi.citatus non vult venire coram iudice:qd faciet iudex qui cognoscit in hoc interdicto vel interdicto vtrobi?Certe in petitorio iudicio explicat imperator : quia si reus est contumax in non veniendo:actor est mittēdus in possessionem rei petite. ¶ Sed quid dicemus in hoc interdicto vel in interdicto vtrobi?Certe dicetis duobꝰ modis. qz si conuentus h̄ interdicto vel vtrobi non vult venire : dz cogi venire mulcta indicta:vt.ff.siquis iusdicē.non ob.l.vnica.in prin. Item pōt eū cogere captis pignoribus ad instar tutoris 7 eius qui nō vult subire munus iniunctuz:vt.ff.de satisda.tu.in pn.7.ff.de mune.7 hono.l.siquis magistratus. al's siqs munus.Sed si ista nō placeant actori dicetis secūdo modo qp iudex cōpellet eū venire.qz interloquitur mittēdum esse in possessionē rei de qua agit:7 illū reum nō veniētem nō esse audiendum de possessione rei sue rōne sue cōtumacie:nisi de iure suo ostēdat infra statutū tps.7 pro hoc est arg.ff.de ope.no.nun.l.si prius.7.ff.de riuis.l. vlti. ¶ Sed denuo quero.habet ne locum interdictuz vti possidetis pro corporalibus 7 pro icorporalibus:vt pro seruitutibus 7 p iuribus?Respondeo directum interdictum habet locū pro corporalibus:quia possidentur:vt.ff.de acquiren.pos.l.possideri.verum qz incorporalia quasi possidentur:habet locuz vtile interdictum vti possidetis:vt.ff.de ser.l.quotiēs.ij.7.ff. eo.l.sicuti.§.aristo.7.ff.de acquiren. posses.l. possideri.§.incorporales.7 maxime pro vsufruc.quia illud interdictuz.s. vnde vi datur vsufructuario : vt.ff.de vi 7 vi ar.l.iij.§. vnde vi.7.ff.e.l.j.§.vnde vi interdictū.7.l.vlti. ¶ Sed denuo quero.pone qp possideo ciuiliter:qz sum proprietarius.tu possides naturaliter:quia es feudatarius.dedisti alij in feuduz. tu nullo modo possides nec naturaliter nec ciuiliter.qa ego ciuiliter possideo:7 seruus feudatarius naturaliter: nungd hoc interdictum potest inter me 7 te reddi:vel iter te 7 illū? Certe non:sz inter me 7 illū datur hoc interdictuz si ille me turbet in mea ciuili possessiōe:7 ego eum turbē in sua naturali:vt arg.ff.si ager vec.vel emphy.petatur.l.j.in fi.

¶ De tabulis exhibendis.

¶ De interdictis adipiscende possessionis vt est quorū bonorum 7 de interdictis recuperande possessionis vt est interdictum vnde vi:7 retinende vt est interdictum vti possidetis:in superioribus dictum est. Uerum quia qdam alia sunt interdicta exhibitoria:vt est interdictum de tabulis exhibēdis:intendit tractare de interdictis exhibitorijs. Et primo tractat de tabulis exhibendis tanq̄ digniora sint.Et qp istd interdictum sit exhibitorium: probatur .ff. de furtis .l. hoc ampilus. ¶ Et no.qp hec rubrica ponitur materialiter. 7 id vt aliquid significet : debet exponi. de tabulis exhibendis. sub.cui detur:7 contra quem detur: 7 ad quid videamus 7 subijciamus. Uel legatis ita.de tabulis.sub.quādo debeāt exhiberi:7 quando non.

a **I in ptāte patris.** In.l. ista dicitur. Quidam accesserunt ad imperatorem. Dñe paterfa.habens duos filios impuberes in ptāte

in potestate fecit testamentū in scriptis: ⁊ eos hędes istituit. nos pupillariter eis substituit. isti filij ipuberes adiuerunt hęditatē ⁊ decesserunt in pupillari etate. vnde pupillari substitutioni fuit locus. tabule testamēti sunt apō talē. querim⁹ mō a vobis vtrū possumus petere ab illo iterdicto de tabulis exhibendis vt exhibeant? Ad qđ r̄ndet imperator ꝙ sic. Tex. filij. Sed quare dicit ꝯ? R̄ndeo q: filio emācipato paṫ non pōt pupillariter substituere: vt. ff. de vul. ⁊ pup. sub. l. j. ⁊ ideo mater q: non h3 filios in ptāte: vt insti. de adop. §. femine. nō poterit filijs suis pupillariter substituere. Tex. vti potestis. sub. ꝯ, eum qui illas tabulas possidet: vl' dolo desijt possidere: vt. ff. e. l. locum. §. condēnatio. ¶ Et no. hic ita breuiter. hoc interdictum h3 locum: cū aliqs negat tabulas testamenti apud se esse. sed edictum quēadmodū testa. api. h3 locum cū quis ꝯfiteṫ tabulas testamēti penes se esse: ⁊ non vult exhibere: vel dicit se exhibere nō posse: vt. ff. quēadmodum testa. api. l. ij. §. vlti. ⁊. ff. eo. l. j. in pn. sed ipsi testatori se viuo pro tabulis testamēti daṫ actio ad exhibēdū: vt. ff. e. l. ij. §. ad exhibendū. ⁊. l. iij. §. exhibere. ¶ Itē no. hic ꝙ interdictum h3 locū pro tabulis exhibēdis iam mortui non viui: vt ff. e. l. j. §. j. Et est ratio: q: viuentis nulla est hereditas. ff. de here. vel act. ven. l. j. ⁊. ff. de acq. here. l. qui supstitis. ¶ Itē no. hic ꝙ hoc interdictum datur hędibus siue institutis siue substitut] vt hic. Ite3 datur legatarijs vel fideicō. qui desiderant tabulas testamēti inspicere vel describere: ⁊ omnibus illis quorum interest: vt. ff. quēadmo. testa. api. l. j. in prin. ⁊. l. si in pncipio. Ite3 ⁊ ipsi heredi dabitur actio ad exhibēdū: vt. ff. quēadmo. testa. ape. l. iij. in fi. ¶ Item no. ꝯ ꝙ hoc interdictum datur contra possidentem: vel contra illum qui dolo desijt possidere: vt. ff. e. l. j. Odofredus.

¶ De exhibendis seu deducendis liberis.

¶ De quodam interdicto exhibitorio qđ habet locū pro tabulis exhibendis. s. ti. proxi. habuistis. Uerum q: alia sunt interdicta exhibitoria: ponitur de liberis exhibēdis seu deducendis: qđ habet locum pro personis. ⁊ annectit etiā de libero homine exhibendo. ¶ Et no. ꝙ hec rubrica ponitur materialiter. vnde vt aliquid significet: subaudiēdum est in rubrica dum dicit. de liberis exhibendis. i. de interdicto qđ nuncupatur de liberis exhibendis videamus ⁊ subijciam⁹. ¶ Et no. ꝙ interdictum de libero homine exhibendo habet locum: cum quis detinet dolo malo liberum homine3: vt. ff. de libe. ho. exhi. l. j. ⁊. l. iij. §. hoc interdictum.

I vt pponis. In. l. ista dicuntur duo. Primo di. si ego sum mei iuris: ⁊ aliq mortua matre mea possident bona mr̄is mee: ⁊ eos ꝯueni petitione hereditatis ⁊ obtinui: possum eos cōuenire. Scd̄o di. si quidam veniat ex trāsu^erso ⁊ dicat me in sua ptāte esse: ⁊ ab alio inuitus detineor: poterit agere interdicto de liberis exhibendis seu deducendis contra eum qui me inuitum detinet. Tex. super rebus matris: idest super hereditate mr̄is que tibi obuenit ex orphiciano. Tex. obtinuisti. sub. contra possessores agēdo forte petitione hęditatis. Tex. ꝙ si. Incipit scd̄m dictū. Tex. esse ꝯtendit. sub. hoc vt per te ei acquiraṫ hęditas mr̄is tue tibi delata. Tex. interdicto. sub. de liberis exhibēdis seu deducēdis. Tex. quereṫ. vnde si alius te inuitum detinet: ⁊ ꝯtemplatione hęditat] facit tibi qōnē: ipse tenebitur ei in cuius ptāte ex hoc interdicto: vt. ff. e. l. pe. ⁊. l. j. in prin. Itē poterit agere rei ven. adiecta cā de iure qritu3: vt. ff. de rei ven. l. j. §. per hanc. Si autē ipse filius facit mihi cōtrouersiam occasione hęditatis sibi delate: aga3 ꝯtra eum preiudiciali actione: vt insti. de act. §. preiudiciales. Itē agā hoc interdicto vt hic ⁊. ff. e. l. vlti. Item petam eū puniri extra ordinem: vt. ff. de proba. l. si filius.

Bi preside. In. l. ista diciṫ. Si aliqs filios meos in ptāte ꝯstitutos detinet: possu3 eū ꝯuenire hoc iterdicto. Tex. exhiberi. i. ex secretū haberi. ⁊ ad hoc facit. ff. e. l. j. ⁊ per totum.

I ad instar. In. l. ista dicitur. Filia philippi erat mea vxor: detinebatur a philippo iuita vl' ab alio: nunquid potero eū conuenire vtili iterdicto quod nuncupatur de vxore exhibēda: Respōdetur ꝙ sic. ⁊ propterea potero adire cōpetentem iudicē vt mihi faciat exhiberi. Tex. si ad instar interdicti. sub. directi de liberis exhibendis. Tex. eum. s. philippu3 vel extraneū. ¶ Unde no. sicut pro filio meo exhibendo datur mihi directum interdictū de liberis exhibēdis: vt. ff. e. l. j. in fi. ⁊. l. ij. ita pro vxore mea datur mihi vtile interdictum: quod nuncupatur de vxore exhibenda: quod non habemus vt hic. ⁊. ff. eo. l. j. in fi.

¶ De precario ⁊ saluiano interdicto.

¶ Non solū supiora interdicta sunt exhibitoria: imo quedam restitutoria. ⁊ ideo poniṫ de precario ⁊ saluiano iterdicto: ⁊ cui detur: ⁊ contra quem detur: ⁊ ad quid detur: subaudiatis videamus ⁊ subijciamus. Odofredus.

I te non remittente. In. l. ista dicitur. Debitor meus pign⁹ mihi obligatum distraxit sine voluntate mea: nunquid potero aduocare possessione3 pignoris a possidente interdicto saluiano? Respōdet impator ꝙ nō: q: interdictum saluianum est proditum contra locatore3. s3 potero agere seruiana actione: sicut directa seruiana datur contra debitorem: ita ad exemplum eius datur vtilis quasi seruiana cōtra emptorem. Tex. nō remittente pignus secus si te remittēte: q: tūc agere nō posses: vt. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. j. ⁊. j. de remis. pign. l. res pignori. Tex. saluiano. sub. directo. q: illud directum est proditu3 contra cōductore3. alij exponunt. non interdicto saluiano. i. tm̄. Tex. vtilis. i. in rem act. hypo. que est in rem: vt. j. de pig. l. pignoris executio.

Habitantis. In. l. ista dicitur. Si cōcessi tibi precario habitare in domo mea: ⁊ tu mortuus es: ego heredes tuos potero cōuenire interdicto de precario vt mihi reddāt possessionem. Tex. habitaculū. i. dom⁹ habitationis. Tex. declaraṫ. ¶ Or segnori no. hic ꝙ interdictum de precario non solū datur cōtra eū qui precario negauit: imo ⁊ contra heredes suos. ¶ Item no. ꝙ ille cui est concessum precariū: teneṫ de dolo ⁊ lata culpa: vt. ff. e. l. qsitum. §. illud. ¶ Itē no. ꝙ precarium differt a cōmodato. q: si concessum est precariū ad certum vsum ⁊ ad certum tempus. illud etiā ante tempus potest reuocari: vt. ff. e. l. j. ⁊. l. cu3 pcario. Sed si cōmodaui tibi rem meam ad certum vsum: ante vsum finitum reuocari non potest. ⁊ si reuoco: teneor tibi ad interesse vt. ff. cōmo. l. in cōmodato. §. sicut. Odofredus.

¶ De edificijs priuatis.

¶ Quia edificia sepe precario conceduntur: de quo precario. s. ti. proxi. dictum est: ideo ponitur de edificijs priuatis. ¶ Et not. ꝙ hec rubrica ponitur materialiter. ⁊ iō vt aliqd significet: sub. edificandis vl' destruēdis. ⁊ sub. videamus ⁊ subijciamus. Odofredus.

T balneum. Istum titulu3 totum excepta vltima. l. huius tituli videbitis per vos: nisi q in ista pma. l. huius ti. no. ita casum. Si volo in aliquo meo loco edificare balneum: licet mihi: dumtamen concauem eum: idest faciam ibi foramina vnde vapores exeant ⁊ licet etiam mihi facere edificiū supra balneū vsq3 ad altitudinē statutā. l. municipali. Tex. vsitatum. in. l. municipali introductū. ¶ Ān ex. l. ista colligitur. si statutū sit in ciuitate ista sicut est florentie ⁊ in ciuitate perusij in turrib⁹ ꝙ nulla domus possit vltra talem formā eleuari: ꝙ stādū est illi forme. ⁊ ad istud accedit. s. de serui. l. j. ⁊. l. siquid. ⁊. l. preses. Odofre.

Egociādi cā. Legē istā similiter legetis p vos.tñ hoc dicit. In regijs ciuitatib⁹ sicut est perisus ꝛ rome ꝛ in ciuitate cōstātinopolitana in aliquo vili loco vt iuxta fossatū ciuitatis sunt pulchra edificia: ꝛ illa parē valent.cogitāt aliqui.ista edificia parū valēt:vñ emūt ea:vt destruant ipsa ꝛ ponāt in alio loco:ꝫ ne ei ħ facere.Certe nō: ne vrbis ruinis deformeť.¶Sed quid erit.in aliquo bono loco habeo domū: ꝛ in alio loco iuxta fossatū ciuitatis hēo domuꝫ:ꝛ ibi habeo marmora:volo de illa auferre ꝛ ponere in domo que est in bono loco:ꝫ mihi hoc?Certe sic.dumtñ non omnino auferam. Tex. vetitum est.sub.ꝛ qui contrafecerit:punit in quadruplū:siue fuerint sua edificia : siue nō: vt.ff.de cōtrahē.emptio.ꝛ vē.l.senatus.Tex.aspectus.Vñ ex.l.istā colligiť ꝙ public⁹ aspectus nō dꝫ difformari : vt.ff. de tigno iniuncto.l.vlti.ꝛ.ff.de rei ven.l.in rem actio.in fi.tñ istud non seruatur bene in ciuitate ista.

Ñ in totum. Et hāc.l.videbitis per vos:nec eam legerem nisi pp pulchra verba q̄ sunt in fi.huius.l.Et in ea dř hoc.Quidā hēbat domū ruinosaꝫ:queriť vtrū teneať eā deponere ꝛ reficere:an destruē ꝛ in totū euertē? Ad qd̄ rñdet impator.recurrēdū est ad cōsuetudinem loci. Naꝫ in eodē genere cōtrouersiarū sepe que in eodē oppido sunt obtēta:sunt seruāda. Tex.statuet.Et sic ergo not.si sepe aliqd in eodē genere cōtrouersiarū fit:est consuetudo: vt.j.que sit longa consuetudo.l.j. Vñ hec lrā facit manifeste.pro opi.dñi mei Ja.bal.qui dixit ꝙ ꝫ ifra decēniū inter p̄sentes vel vicēniū inter abñtes fuerit bis sup aliquo actu iudicatum:hoc nō inducit cōsuetudinem:nisi frequenter in eodem genere controuersiarū fuerit iudicatum:vt plene de hoc dicam in preal.l.j. que sit lon.consue.l.j. Odofre.

Ji vt proponis. Segnori hec ē bona.l.ꝫ sit posita in isto titulo.ꝛ multi pñt ignorare.l.istā vñ vobis eā legaꝫ. Et hec.l. vult hoc dicē. Contingit aliqñ ꝙ duo hñt domū cōem vel turrim vel molēdinum.illa res cōmunis indiget refectione. dicit vnus socius alteri. reficiamus.dicit alter dolose. nō expenderē vnū denarium. dicit ipse.male dicis.dicit alter.dicis ad sensum tuū. qꝛ nō expēderē ibi vnū denariū puū. queriť qd iuris sit?Et rñdet impator ꝛ dicit. si res indiget refectione ꝛ alter reficere nō vult:alter secure reedificet. si ea refecta alter nō offert sumptus factos cū cētesimis vsuris infra quattuor mēses:perdit partem suā.Tex.detractat.i.cessat malitiose ꝛ dolose cōferre sumptus ad refectionem rei cōis.¶Or segnori sicut dixi hec.l.est bona : ꝛ recipit duas determinationes. hec.l. hꝫ locū:cū socius reficit cōi noie:qꝛ ille nolebat reficere.secus si suo nomine reficeret suis sumptibus : qꝛ tūc haberet negociorꝫ gestorum.ꝛ sic loquitur ꝫ.j.e.l.vlti.

Jquis. Istā.l.cū sequentib⁹ vsqꝫ ad .l. illā.meniana. videbitis p vos.

Eniana. In.l. ista dř. Si qs vult edificare edificiū menianū iter se ꝛ vicinū suū:dꝫ dimittē.x.pedes. Tex.meniana.i.solaria.nā menianum edificiū vocať dom⁹ q̄ hꝫ solariū.edificia nō meniana sunt domus depresse.Et no.ꝙ hec.l. non seruatur parisius.nam iuxta domum regis habent vicini domus suas iuxta per duos pedes.

Am dubitať. Istam.l.simi liter videbitis per vos.

¶De operis noui nunciatione.

E operis. Vos debetis scire ꝙ quidā habēt hic rubricam de noui opis nūciatione. sed nō dꝫ esse hic rubrica.qꝛ hec.l.satis ptinet ad presentem mām.ꝛ sic est hic rubrica.hoc est vicio scriptorꝫ vel puerorum.Et hec.l. bona.l.est ꝛ vtilis:ꝛ multum vendicat sibi locum in ciuitate ista:ꝛ vbiqꝫ terrarum ꝛ in foro seculari ꝛ ecclesiastico.ꝛ materia huius.l. multuꝫ quottidiana est.ꝛ consueuit valde difficilis reputari:sed nō est:imo satis est plana q̄tū ad casum ꝛ lrām.ꝛ est noua.l.iusti.Et pmo dñs iusti.recitat antiqtatē ꝛ illam tollit:postea ponit nouū ius.Unde in.l.ista dř.dum edificares nouū opus:vicin⁹ tuus nūciat tibi nouū opus. cā denūciationis infra annū non fuit expedita : nunqd post annū poterit postea nunciare?Quidā dixerūt ꝙ non . sed ħ est iniquū duplici rōne.Prima qꝛ si nunciator hꝫ ius : eēt iniquum ꝙ post annum nihil posset dicere.si aūt nō hꝫ ius: hoc casu esset iniquū ꝙ edificans expectaret per annum. ꝛ ideo dicit iusti.si aliquis alicui nouuꝫ opus nunciat:in hac quidam regia vrbe apud perfectum vrbis vel in prouincia apud rectorem debet ostendere de iure suo infra tres menses:ꝛ edificās debet abstinere ab edificando.ꝛ si causa denunciationis infra tres menses fuerit finita planū est. si aūt non fuerit finita infra tres menses aliqua causa interueniēte:edificans poterit edificare prestita satisdatione de opere demoliendo suis sumptibus : si apparuerit eum edificasse iniuste.Tex.nostra.dicit iusti. qui fecit.l.istam. Tex. dicentibus.sub.antiquis.Tex.quod dupliciter .i. duplici ratiōe. Tex.prohibuerit:scilicet denunciatione.Tex.habere.repetatis daret.quod est.s̄.Tex.talem.modo iusti.ponit nouum ius postq̄ posuit antiquitatem ꝛ eius reprobationem.vnde sequitur.Tex.talem iniquitatem.sub.antiquorum.Tex.vrbe:scilicet romana.Tex.dirimere. Unde licet regulariter quelibet causa pecuniaria debeat finiri infra triennium : vt s̄.de iudi.l.properandū.§.penulti.speciale tamen est in causa noui operis nunciatione.Sunt alij casus quos notaui.s̄. Tex.sic eni ꝛ opera.opus nouum. Tex. consuletur.¶Or segnori sicut ego dixi hec.l.bona.l.est ꝛc̄.dic vt dixi in casu. Et circa.l.istam ita breuiter dico.nunciatio noui operis fit tribus modis.fit p pretorem.fit per iactum lapilli.fit verbotenus.in duobus primis remaneo possessor:si ante erā possessor.in tertio desino possessor esse:vt.ff.de noui oper.nun. l.de pu.§.meminisse.Et est ratio:quia in pmis duobus casibus nō videor dubitare de iure meo:nec suspicari me posse repelli:in tertio sic.ꝛ solo animo perditur possessio. ar.ff. de acq.posses.l.possideri.§.in admittēda.¶Or segnori ad l.istam opponitur.hec.l.videtur velle ꝙ si aliquis denūciat alicui nouum opus:infra tres menses causa nunciationis noui operis debet incohari ꝛ finiri.ꝛ si causa finita non sit: ille cui nunciatur nouum opus post tres menses potest satisdare ꝛ edificare.Et.ll.infinite contradicere videnť ꝛ velle ꝙ si nunciatur alicui nouum opus:ꝛ paratus est satisdare:si apparuerit eum iniuste edificare de opere demoliēdo: ꝙ ei liceat edificare:siue per eum nō stet quominus satisdet. Unde videtur contra.ff.de no.oper.nuncia.l.de pupillo.§. si is cui.ꝛ.l.non solū.§.siquis paratus.ꝛ.§.si cum esses.ꝛ.§. sciendum.ꝛ.l.pretor.§.siquis.ꝛ.§.hoc interdictuꝫ.ꝛ.l.stipulatio.§.j.ꝛ.ij.¶Ad solutionē quorꝫ contrariorum scripte sunt hec sex solutiones.ꝛ scripsit dominus Azo in summa huius ti.vnum quod approbat sicut euangelium.aliud scripsit ħ s̄m magistrum suum Jo.baxanum.ꝛ habētes hic suū apparatum habent ꝛ non alij.ꝛ aduertatis istas solutiones. ¶Est vna solutio.qd̄ in.ll.illis veterib⁹ dicit:p̄senti.l.corrigitur.nam olim habebat electionem cui nunciabatur nouū opus vellet satisdare vel probare de iure suo.aliud tamē est iure nouo:nec est nouum veteres.ll.vt.ff.de le.ꝛ se.cō.l.non est nouum.ꝛ hoc etiā videť velle principiū huius.l.que solutio nō est bona:qꝛ legū correctio est vitāda inq̄tuꝫ de iuris possibilitate vitari pōt:vt.s̄.de ap.l.precipim⁹.in fi.ꝛ in auc. de ap.in prin.ꝛ in auc.de admi.in prin.ꝛ hec.l.non vult corrigere:vt iusti.innuit.qꝛ aut iuste edificat. aut iniuste. vñ nō vult corrigere ꝙ nō liceat statim satisdare eū cui nouū opus nunciatur.sed vult corrigere ꝙ post annum si iniuste edificabat nō poterat psequi cām operis noui nunciationis.Item vult corrigere ꝙ si iuste edificabat.ꝙ non poterat infra annum edificare: sed nūciabať ei nouū opus. vnde quod non

nunciatur

mutatur: quare stare prohibetur: vt.s. de testa.l. sancimus. ¶ Est et secunda solutio et est mirabilis. aut nuncio per pretorem aut per iactum lapilli: quia aduersarium non facio possessorem. ille cui fit nunciatio: debet abstinere ab edificando per tres menses. et infra illos tres menses possum causam nunciationis prosequi. si non est causa nunciationis finita infra tres menses aliqua de causa ille cui nunciatur si vult edificare debet satisdare de opere demoliendo: si apparebit eum iniuste edificasse. et ita loquitur hic. Sed.ll. contrarie loquuntur eum nunciatio fit per se.i. simplici verbo. nam tunc est electio illius cui nunciatur nouum opus velit satisdare de opere demoliendo. et si apparebit eum iniuste edificare: an velit expectare et probare de iure suo. sed hec solutio non placet. quia hec.l. loquitur indefinite et indistincte: vnde indefinite debet intelligi: vt.ff. de leg.pre. contra ta.bo.pos.pe.l.j.§.et generaliter. et vbi.l.non distinguit: nec nos: vt.ff. de publi.l. de precio.et.ff. de offi.pre.l.iij. Item quia inuenimus similitudinem inter istas tres denunciationes in nominibus: quia cum fit nunciatio per pretorem vel per iactum lapilli non efficitur aduersarius possessor. sed cum fit nunciatio simplici verbo: aduersarius efficitur possessor: vt.ff. de no.oper.nun.l. de pupillo.§.meminisse. ¶ Est et tertia solutio. cum nunciatur nouum opus: aut possidet edificator locum in quo edificat: aut nunciator: vel dubitatur. Primo casu edificatoris debet esse electio velit satisdare et edificare an probare de iure suo. et sic loquuntur.ll.contra. Secundo casu.s. cum nunciator possidet vel dubitatur quis possideat: tunc non satisdat infra tres menses: imo abstinet se ab edificando. et si causa nunciationis finita non est infra tres menses: satisdare potest post. et sic loquitur.l.nostra. Sed hec solutio multum mulcet aures auditorum: sed intus facit febricitare et dolere. vnde ista solutio non placet. Primo quia istud est diuinare quod quis possideat vel non. Item quia raro inuenitur quod quis edificet in loco in quo quis non possideat. Item quia si post tres menses quis posset edificare in loco in quo quis non possidere: hoc esset iniquum: vt.s. vnde vi.l.meminerint. ¶ Est et quarta solutio. cum edificas: aut edificas in priuato aut in publico. Si in priuato: tua est electio velis satisdare incontinenti et edificare. et sic loquuntur.ll.contrarie. et maxime.l.illa pretor.§. hoc interdictum. Et si edificas in publico: non licet tibi satisdare infra tres menses: sed post tres menses sic. et sic loquitur.l.nostra. ¶ Sed segnori ista solutio non est recitatione digna. quia hec.l.loquitur: cum quis edificat in priuato loco. quia hec.l. est sub rubrica de edificijs priuatis. ¶ Est et quinta solutio. satisdatio statim admittitur de voluntate vtriusque partis. et sic loquitur.l. contra. sed si discordent admittitur post tres menses vt hic. ¶ Et est sexta solutio. et est hec approbata per dominum Azo. sicut euangelium in summa huius ti. et hoc in notis nostris. cum nunciaui tibi nouum opus et tu obtulisti satisdationem et paratus es satisdare: si non sum paratus incontinenti probare de iure meo: recipitur satisdatio vt in.l.contra. si autem paratus es satisdare: nec ego recepi satisdationem sed volo probare de iure meo incontinenti: non recipitur satisdatio infra tres menses: post sic vt in.l.nostra. et ita videtur esse in electione actoris siue nunciatoris velit recipere satisdationem de opere demoliendo si apparet eum iniuste edificasse: vel velit dicere: sum paratus incontinenti probare de iure meo: et tunc infra tres menses non recipitur satisdatio. et ad hoc est ar.ff. ad exhiben.l.iij.§.ibidem. et ff.ad trebel.l.ille a quo.§.j.et.ff. vt in posses.leg.l.si is a quo in prin. Et hanc opinionem videtur approbare dominus Papa extra de op.no.nun.c.significatio ibus.et.c.is cui. Sed dominus meus Jac.bal. dicebat quod ex hac opinione resultaret magna iniquitas: si ita simpliciter intelligeretur hec.l. vt quilibet nunciator posset quecunque iuste impedire per tres menses. Pone dicebat ipse. vicinus tempore oportuno deponit domum et parat se ad edificandum. ego denuncio nouum opus et dico quod paratus sum probare de iure meo incontinenti.i. infra tres menses. si debet expectare per tres menses: poterit esse quod veniet malum tempus: et quod poterat fieri in octo diebus: non fiet in.xij. vnde si hic non reciperetur satisdatio: daretur materia delinquendi. quod esse non debet: ne inde iniurie nascantur vnde iura nascuntur: vt.s. de indicta vidui.l.ij.in fi.et.s. vnde vi.l.meminerint cuncti. Unde vos dicetis.vij. modo sicut consueui dicere. et ita dicebat dominus meus. et hanc opinionem approbat dominus Azo hic in apparatu suo: licet ipse attribuat domino Jo. in glo. sua que incipit. hoc est magna iniquitas secundum dominum Jo. et decretales. si edifico nouum opus et vicinus nunciat mihi nouum opus nec habet ius nunciandi: quod debeo abstinere per tres menses. tamen vos in nullis notis domini Jo. inuenietis hoc. vnde dicetis sic. Si edifico nouum opus et vicinus nunciat mihi nouum opus: est in electione mea velim expectare nec offerre satisdationem: immo velim quod cognoscatur de iure vtriusque partis infra tres menses: et tunc per tres menses abstineo ab edificando. et sic loquitur.l.nostra. Si autem non placeat mihi expectare per tres menses: immo offero satisdationem incontinenti: mea satisdatio recipitur et potero edificare: nec abstinebo ab edificando per tres menses. et sic loquuntur.ll.contra. Et ad istam solutionem est arg. quia ille cui fit nunciatio tenetur ad duo alternatiue: ergo sua est electio: vt arg.ff. de verbo.obliga.l. vbi autem non apparet.§.qui illud aut.et.s. de condi.inde.l. penulti.et.ff. de iure do.l. plerunque.§.penul. Et hec opinio satis habet in se equitatem: et tanquam equior mihi placet magis. et sepe obtinui in causis contra opinionem domini Azo. quam ipse approbat in summa huius tit. scilicet quod non recipiatur satisdatio. ¶ Sed ponamus quod quis inclinet in eo quod dominus Azo dixit in summa huius ti.s. quod non recipiatur satisdatio infra tres menses: si paratus est nunciator probare de iure suo incontinenti: idest infra tres menses: nunquid iudex hoc spacium poterit artare? Dicunt quidam quod non ar.ff. de iudi.l.si se non obtulit.§.si ex conuentione. Sed vos dicatis quod iudex hoc spacium bene poterit artare: vt ar.ff. de iurisdi. om.iu.l.pro tribunali preest. Odo.

¶ De operis publicis.

¶ Dictum est.s. de edificijs priuatis: nunc ponitur de operibus publicis.

Rescriptio. Prescriptio. exponunt quidam.s. longa: vt est.x.vel.xx. Alij exponunt prescriptio.s.xl.annorum. Alij exponunt prescriptio scilicet.c.annorum. Sed vos dicatis verius.s. mille an. ¶ Or segnori not. in.l.ista. Si aliquis facit opus in loco publico contra statum reipu. nulla prescriptio nocet etiam mille an. et ad.l. istam concor. etiam j.l.proxi. Sed contra.l. istam opponitur et videtur contra. quod omne ius tollitur spacio.xxx.an. vel.xl. vt.s. de prescrip.xxx. vel.xl.an.l.omnes. Rndeo contra statum publicum quis non prescribit aliquo tempore. et sic loquitur hec.l. cum suis similibus. sed rempublicam quis potest prescribere: vt in.l.contra. Et ex.l. ista colligetis ar. contra eos qui occupauerunt fossata comunis iuxta serralia vt fecit dominus Rolandinus de romancis et dominus Ja.spelca et multi alij. Odo.

Omnes. Ista.l. dicit quod omnes qui conducunt opera publica facienda: vel etiam si mandatur aliquibus vt faciant opera publica: si illa opera publica ruant et debent teneri ipsi et heredes eius vsque ad.xv.an. vel vsque ad xx.an. secundum diuersas literas nisi casu fortuito ruerent. Tex.ad.xv.an. alia littera dicit vsque ad.xx. Unde in.l. ista no. vnum quod comune istius ciuitatis non potest facere seruari muratoribus et magistris huius ciuitatis. nam quando muratores et magistri faciunt aliquod opus publicum: puta si faciunt vnum pontem vel accipiunt clausam aptandam. isti gaudent si in alio mense ruat et comune magnum damnum patiatur. quod equum non est. vnde est ista.l. contra eos aperte. Odo.

¶ De rationibus operum publicorum.

¶ Istum titulum videbitis per vos. tamen vt intelligatis totum istum titulum exponemus vobis rubricam. Patres ciuitatum dantur defensores. quia sicut pater debet tueri filios suos: ita defensor ciuitatis vel potestas debet tueri ciuitatem. Et olim ita erat. homines legabant pecuniam suam ad

opus publicum: pretores ꝛ p̄sides de quolibet solido pecunie legate debebant habere vnā siliquā. s3 hodie habēt defensores. si ꝯtrafactū est: p̄sides cōdēnant in .l. libris auri. ꝛ eorum officiales: si eis non restituerunt: puniunt̄: q2 publicantur bona eorum ꝛ in exilium damnantur.

¶ De pignoribus.

¶ Ista rubrica potest continuari ad superiora dupliciter. Et vno mō sic. s̄. si cer. pe. ꝛ. s̄. d̄ re. cre. ꝛ iureiur. ꝛ. s̄. lo. ꝛ cō. de p̄ncipalibus obligatiōibus dictū est. verū q2 p̄ncipalib⁹ obligationibus accidūt pignora que sunt accessoria ponit̄ de pigno. ꝛ hypo. sed quidā tn̄ dicunt de pignoribus. Uel pōt continuari scd̄o mō. s̄. de pign. actio. facta est mentio de pigno. ꝛ hypo. ꝛ dictū est ꝙ pignus remanet in bonis debitoris: nunc de pignoribus est videndū. q. d. s̄. de pig. actio. dictum est que datur cōtra creditorē. verum q2 hypo. actio. datur contra debitorem que est in rem: vt. j. e. l. pignoris. ꝛ datur ipsi creditori: ponit de pigno. ꝛ hypothe. ¶ Et no. ꝙ dr̄ia est inter pignus ꝛ hypo. Pignus est rei mobilis. vnde pignus dicit̄ a pugno. vnde ibi re contrahit̄ obligatio. vt in sti. qui. mo. re contra. ob. §. creditor. Sed hypo. est rei mobilis ꝛ immobilis. ꝛ ibi dicitur obligatio nuda conuentione contrahitur. vt. ff. e. l. j. ꝛ. l. contrahitur.

Debitor. In .l. ista dr̄. Si debitor obligauit creditori suo pignora: ꝛ postea debitor profitetur ꝙ cedit pignoribus: ex hoc nō liberat̄. Tex. profitetur. ita dicēdo creditori habeas rē illam pro .x. que mihi mutuasti: ꝛ nullam aliam recipies solutionem. Tex. liberabitur. quia aliud pro alio regulariter inuito creditori non soluitur: vt. j. de solu. l. eum a quo. Item quia creditor ꝛc̄. vt. ff. si cer. peta. l. creditori. secus tamen est si cederet bonis vniuersis: quia tunc interim conueniri non potest. sed si perueniret ad pinguiorē fortunam: teneretur vt. s̄. qui bo. ce. pos. in fi. ꝛ insti. de actio. in fi. Sed segnori venetijs seruatur contra. nam dicitur ibi. chi non ha bon pegno bata lo cho cum nello.

Quāuis cōstet. In .l. ista no. ita casu3. Titius obligauit mihi pro. c. queda3 pignora specialiter. ꝛ postea obligauit mihi omnia bona sua generaliter. scd̄o obligauit quasdam res seyo. ex illis bonis mihi generalr̄ obligatis bona mihi sp̄aliter obligata hn̄ sufficiūt ad. c. nūquid in illis bonis obligatis scd̄o loco seyo: que mihi p̄mo erant obligata generaliter ero preferendus seyo? Certe de rigore iuris sic. tn̄ de equitate exquo bona sp̄aliter mihi obligata sufficiūt ad meū debitum: in bonis obligatis secūdo loco seyo mihi generalit̄ obligatis seyus erit potior. Tex. in omnibus hic sp̄aliter ꝛ generaliter obligatis. ꝛ hoc de rigore iur̄. Tex. temperanda est. sub. de equitate. Tex. nominatim. i. sp̄aliter. Tex. ex ijsdem bonis. s. gn̄aliter obligatis. ¶ Dn̄ segnori. habetis in .l. ista. si tu obligasti mihi aliqua pignora sp̄aliter ꝛ gn̄aliter omnia bona tua pro eisdem. c. indubitanter si ex bonis mihi gnāliter obligatis obligasti aliqua seyo: seyus erit potior me. Sed vr̄ cōtra. ꝛ vr̄ ꝙ meo arbitrio cōmittatur ex quibus pignoribus velim ad meum debitū peruenire. vt. ff. de distrac. pig. l. creditoris. Ad istud potest ita rn̄deri. illa. l. d3 intelligi qn̄ obligasti mihi omnia bona tua generaliter. nam habeo electionē velim agere hypo. pro omnibus vel pro qbusdam. hic autē d3 intelligi qn̄ quedam specialiter mihi obligasti: ꝛ postea generaliter oia bona tua. Uel pōt dici scd̄o mō qd̄ ibi dr̄ vex est de rigore iur̄: sed de equitate secus est vt hic. que equitas p̄fert̄ rigori iuris: vt. s̄. de iudi. l. placuit. ¶ Sed denuo opponit̄. ꝛ vr̄ ꝙ sim potior in omnibus pignoribus. vn̄ videtur contra. ff. qui po. in pig. ha. l. qui generaliter. Ad qd̄ pōt dici. ibi obligasti omnia bona tua generaliter mihi primo loco: ꝛ postea secundo loco quādam re3 seyo: sum potior in illa re: q2 qui prior est tēpore: potior est iur̄: vt. j. qui po. in pig. ha. l. j. ꝛ. ff. qui po. in pig. ha. l. potior. hic aūt obligasti mihi primo loco quedam specialiter: ꝛ postea omnia bona tua generaliter. secundo loco obligasti oia bōa tua seyo generaliter. si pignora que mihi sp̄aliter obligasti sufficiunt ad mihi debitu3 consequendum: videor consentire vt alij possis obligare: vt arg. s̄. de pac. l. vlti. §. similiter. ꝛ ita alius casus ponitur in .l. ista. alius casus ponitur in .l. que hic signatur pro ꝯ̄ria. ꝛ hec est vera solutio. Alij tn̄ dixerunt. ꝙ ibi dr̄: hic corrigitur. ꝙ non placet: q2 legum correctio est vitanda: vt. s̄. de ap. l. precipimus. in fi. Alij dicunt ꝙ dr̄ in .l. contra. est verum de rigore iur̄. ꝙ hic dr̄ est veru3 de equitate: que equitas preualet rigori iur̄: vt. s̄. de iudi. l. placuit. ¶ Sed quid si extraneus possidet? Rn̄deo si sit potior extraneo: res illas poterit per hyp. aduocare: licet res sp̄aliter mihi obligate sint sufficientes ad mihi debitum cōsequendu3: vt. j. e. l. pignoris. ꝛ. ff. de pigno. l. si fundum. §. in venditione. si aūt sunt apud seyum scd̄3 creditorem: ꝛ tunc potest dici ꝙ h3 locum ꝙ hic dr̄: sicut in debitore possidente. nam non possunt res generaliter obligate aduocari cum sp̄aliter res obligate sufficiunt. nec est par cā istius ꝛ penitus extranei. cum hic certet de damno vitando: ille de lucro captando: vt arg. s̄. de iure delibe. l. scimus. §. licentia. ꝛ. s̄. de codi. l. vlti.

Creditores. In .l. ista dicit̄. Mutuaui tibi. c. ꝛ tu obligasti mihi talem tuū fundum. ꝛ fuit dictum ꝙ si ad diem non solueres illa. c. ꝙ mea auctoritate possem ingredi in possessionem illius fundi. tu ad diem statutum non soluis. c. ego mea auctoritate ingredior possessionem illius fundi: nunquid videor vim committere? Rn̄det imperator ꝙ non. ꝛ hoc mihi facere licet. tn̄ cautius est: vt auctoritate iudiciaria ingrediar in possessionem illius fundi. Tex. qui non reddita. i. non soluta. Tex. cōuentionis legem. i. s̄m conuentionē. Tex. ingressi. sua auctoritate possessionem. s. obligatā. Tex. non videntur. vn̄ de violentia non puniunt̄. Tex. debent. s. adipisci. Tex. cautius est vnde istud est consiliū: vt. s̄. de pig. act̄. l. pe. in fin. Et ita not. ꝙ si aliquid possum facere mea auctoritate: si auctoritate iudicis faciam: cautius faciam. ꝛ ad istud accedit. ff. de rei ven. l. is qui destinauit. ꝛ. ff. de solu. l. j. ¶ Dn̄ segnori super .l. ista quero sic. mutuaui tibi. c. ꝛ obligasti mihi tuū fundum. ꝛ fuit dictum ꝙ si ad diem non solueres: ꝙ possum mea auctoritate ingredi. tu ad diem nō soluis: vnde volo ingredi in possessionem fundi mea auctoritate te resistente: nunqd ipune potero? Dixerunt quidā ꝙ nō: quasi istud sit pactum de futuro dolo remittendo: ꝙ nō valet. vt. ff. de pac. l. si vnus. §. illud. ꝛ §. pacta. Sed certe nos dicimus ꝙ cum semel voluisti: ꝙ liceret mihi ingredi mea auctoritate: non licet postea resistere mihi quominus ingrediar in possessionē illius fundi: q2 sufficit semel voluisse: vt insti. qbus ali. licet vel non. §. creditori. preterea istud pactū nō est cōtra bonos mores: ꝛ iō debet seruari. vt. ff. de pac. l. iurgentiū. §. pretor ait. ¶ Sed denuo quero sic super .l. ista obligasti mihi rem. ꝛ fuit dictū ꝙ si ad diem non solueres ꝙ possem ingredi mea auctoritate in possessionem illius rei. tu ad diem non soluisti: sed alienasti vel donasti: ita ꝙ possessio non est penes te. nunquid potero ingredi mea auctoritate ꝛ alium deijcere? Uidetur ꝙ non: q2 istud pactum fuit personale: vnde personam non transgreditur. vt ff. de contrahen. emp. ꝛ ven. l. vlti. Sed potest dici: ꝙ potero ingredi mea auctoritate ꝛ alium deijcere: quia istud pactum afficit rem: sicut ꝛ venditor accipit seruum sua auctoritate in quo habet manus iniectionem. vt. ff. de seruo expor. l. si titi⁹. ꝛ. ff. de contrahen. emptio. l. siquis sub hac conditione ꝛc̄. pactum afficit re3 singulari heredi. vt. ff. pro socio. l. ideoq3. ꝛ. ff. cōi di. l. in hoc iudicio. §. si conueniat.

Tam te. In .l. ista ponitur talis casus. Mutuaui tibi decem ꝛ obligasti mihi agrum tuum. volo te conuenire hypo. act̄. tu dicis ꝙ nō valet hypo. quia vi coactus fuisti mihi obligare: nunquid est bona allegatio? Certe non: exquo fateris de mutuo accepisse pecuniam ꝛ agrum obligasse: ꝛ ideo si vis petere: soluis pecuniam. Tex. fateris. sub. sponte. Tex. debitam. vt. s̄. de pig. actio. l. penul. ꝛ vlti.

Preses

PReses ꝓuincie. In.l. ista dr̄. Si obligasti mihi rez tuā pignori: ⁊ sup ꝓprietate me inuito cū alio litigasti: illa snīa si p collusionē lata est: mihi nō p̄iudicat. Tex. clarissimus. vt.s̄. de p̄cario.l.vnica. Tex. p̄scriptione.i.cōtumacia.vel p̄scriptione.i.pp absentiā suā. Videbat̄ cōtra.q: creditor: vt.ff.e.l.⁊ que nōdum.§.ꝙ dr̄. ¶Sed quō ꝓbare poterit: cum snīa lata fuit cōtra debitorem? R̄n.h fuit lata ob dolū: vn̄ non nocet: vt.ff.de le.j.l.si seruus.⁊.ff.de appel.l.perlusorio. Odo.

IN summa. In.l. ista dr̄. Si debitor vult recupare pignus a creditore: dz soluere debituz. ⁊ in summa debiti nō solū cōputat̄ pecunia mutuata: imo ea que ꝓ debitore creditor p̄stitit ⁊ iō si creditor soluit tributū pro p̄dio vl' soluit pecuniā pro illa minuēda: indubitāter ista talia in sūma debiti cōputant̄. Tex. cōstiterit. nā talia sunt a possessoribus exigenda: vt.s̄. si sine censu vel reliquijs.l.vlti.

VSucapio. Segnori hec.l.lz q̄ntum ad v̄ba sit breuis tñ q̄ntum ad sniam est longa ⁊ obscura. ⁊ itelligit̄ pluribus modis. ⁊ quidā dixerūt se nescire ponere exēplum in.l.ista. ⁊ quidā falsuz posuerūt exēplū in.l.ista. ego tñ ponā casum sicut hec.l. prima facie vr̄ sonare. Ista.l. hoc vult dicere. Si tu verus dn̄s obligasti mihi rem tuaz mobilem sine dolo vel culpa pignori ⁊ cecidisti a possessiōe: ⁊ seyus nactus est possessionē illius rei bona fide: credēs illā rem suā esse: ⁊ eā vēdidit meuio bona fide emēti ⁊ tradidit: ⁊ eā possedit triēnio: ⁊ ita vsucepit eam. mō querit̄ an sicut meuius excludit dn̄m a rei vendicatione: ita ⁊ me creditorē excludat ab hypo. Et respondet impator ꝙ lz vsucap. desinas esse dn̄s: ⁊ ita meuius excludat te a rei ven. tamen me creditorē si volo aduocare per hypo. nō excludet: q: vsucapio cōuentionem pignoris non extinguit. hoc dicit hec.l. ⁊ s̄m hoc proprie stat lr̄a. non extinguit. ⁊ videatis litterā. Tex. vsucapio pignoris ⁊c̄. hec littera pōt punctuari pluribus modis. Et vno mō vt intelligatis sic. vsucapio. faciatis hic punctum. ⁊ dicatis vsucapio.s.rei pignorate a dn̄o facte. Tex. non extinguit cōuentionem pignoris.i. hypothecariaz actionem que cōpetit pro re hypothecata vel ipso iure vel ope excep. Vel pōt punctuari secūdo modo sic. vsucapio pignoris.i. rei mobilis pignori date a dn̄o. conuentionem nō extinguit.i. nō tollit hypo. ex conuentione introducta. q.d. me creditorem ab hypo. nō repellit ipso iure vel per except. sed tollit rei ven. cōpetentem dn̄o rei pignorate. q: ipso iure tu debitor desinis esse dn̄s: ⁊ ipse qui vsucepit efficitur dn̄s cum vsucapio sit adiectio: vt ff. de vsuca.l.vsucapio. ¶Or segnori hec.l. vult dicere vt dixi in casu. scio tamen ꝙ aliqui dixerunt ꝙ quidam scripserūt se.l.istam non intelligere. sic no.s̄. finium regū.l.v. pedū prescrip. ꝙ non placet: q: hec.l. est intelligibilis. Alij voluerunt exēplificare hoc modo.l. istam ⁊ in ea ita ponere casum. Tu obligasti mihi rem alienam: ponamus seij. certum est ꝙ ab initio non tenuit obligatio: q: res aliena non potest pignori dari: vt.j. si aliena res pignori data sit.l.cum predium. ⁊ q: ea que ⁊c̄. vt.j. que res pig. obli. pos.l.qui pignus. preterea illaz rem emisti a non dn̄o bona fide. vsucepisti triēnio. poteris ne mihi dicere: obligaui tibi rem alienam? non potui sicut dominus posset aduocare: q: aliena res pignori obligari non potest vt.s̄. dixi. sic ⁊ ego dn̄s effectus per vsucapionez possum aduocare. Certe hoc non possum dicere: q: nō extinguitur hypo. imo confirmatur. quia cum ab initio nō tenuit obligatio: per vsucapionem confirmatur ⁊ conualescit: vt.ff.e.l.j.in prin.⁊.ff.de pig.actio.l.rem alienam. sed hec lectura nō placet. q: s̄m istam lecturam deberet dicere littera. vsucapio pignoris conuētionem confirmat. ⁊ non deberet dicere. non extinguit. ⁊ ideo non ponetis casum sicut ego dixi. ⁊ dicetis sic. si tu verus dominus ⁊c̄. hic vt dixi. Vn̄ no. hic illud magistrale. sicut hominis alienatio nō extinguit hypothecariā: sic ⁊.l. alienatio non extinguit hypothecariam. ⁊ quare non videte. sicut si tu obligares mihi rem tuā ⁊ alienares in aliū non nocet mihi: q: alienatio fit cum sua causa. vt.j.e.l.debitorem.ff.de contrahen.emp.⁊ ven.l.alienatio.⁊.ff. de acqui. rerum do.l. traditio. ita ⁊ alienatio legalis. nam si sine dolo ⁊ culpa cecidisti a possessione illius rei quam mihi obligaueras: ⁊ seyus cepit illam rem possidere bona fide: ⁊ meuio bonefidei emptori vendidit ⁊ tradidit. si meuius vsucapit rem illam: vsucapit eam cum sua causa. nam vsucapio est alienatio legalis: vt.ff. de vsuc.l.vsucapio.⁊.ff.eo.l.cum predium.⁊ ff.de verb.signi.l.alienationis. vnde sicut alienatio hominis non impedit hypo. ita ⁊ alienatio legalis. ¶Sed hic quero que est ratio quare si seyus vsucapit rem tuam mobilem quā mihi obligaueras: tollit tibi rei ven. non mihi hypo. Respōdeo. ratio est illa. q: ille qui vsucapit querit dominiū ⁊ sequelam dominij.i. rei ven. non hypo. que est a dominio separata. q: nemo rem suam potest sibi obligatam habere: vt.ff.e.l.j.§. presidium.⁊.ff.de vsuc.l.iusto.§.nō mittat. Itez iō dixi in casu ꝙ seyus nactus erat possessionem bona fide credens eam suam: ⁊ ꝙ meuius emit bona fide. q: si seyus sciuisset alienā: alienando cōmitteret furtum: vt.s̄. de furtis.l. si alienum. ⁊ rei furtiue non procedit vsucapio: vt insti. de vsucap.§.furtiue. Modo circa.l.istam est insistenduz. hic dicitur ꝙ si obligasti mihi rem tuam mobilem: ꝙ vsuc. non tollit̄ hypo. Sed videtur contra. nam.l. dicit. si obligasti mihi domum tuam pignori ⁊ alius prescribit eam longo tempore: sicut excludit te a rei ven. ita me a mea hypo. vt.s̄. si aduersus credi.l.j.⁊.ij. ¶Ad solutionē cuius contrarij vos dicetis. aliud in vsucapione rerum mobilium triennij. aliud in longa prescriptione. In vsucapione rerum mobilium triennij: licet vsucapio excludat dominum a rei vendi. tamen non excludit creditorem ab hypo. vt hic: vt.ff.e.l. cum predium. Sed in lōga prescriptione.s.x.vel.xx. sicut prescriptor excludit dominū a rei ven. ita creditorem ab hypo. vt in.l. contra. ¶Si queratur que est ratio quare aliud in vsucapiōe ⁊ aliud in prescriptione? Respondeo potest assignari duplex ratio. In prescriptione longi tp̄is est maior negligentia vtriusq:.s. dn̄i ⁊ creditoris. sed in vsucapione triennij minor est negligentia.s. domini tantum. ⁊ ita prolixitas temporis hoc facit.s. vt vsuc. triennij tollatur questio dominij non qō hypo. sed hec nō videtur bona ratio: q: tempus non est modus tollende vel inducende obligationis: vt.ff. de actio. ⁊ obli.l.obligationum fere.§. placeat. Vnde spreta hac ratione dicetis secūdo modo ⁊ sic per vsuc. triennij cum sit fauorabilis qui ante erat dominus desinit esse dominus. vnde qui vsucapit: querit sibi dominiū ⁊ sequelam dominij.i. rei ven. non autem defensionem cōtra hypo. q: hypothecaria separata est a dn̄o vt.s̄. dixi. Sed ille qui prescribit habet exceptionem contra hoiem omnem: vt s̄. de prescrip.xxx.vel.xl.an.l.siquis emptionis. ⁊ exceptio est actionis exclusio.ff.de excep.l.iij. vnde sicut querit exceptionem contra dn̄m: ita contra creditorem agentem hypo. nam prescriptio est introducta in odium non petentis: ⁊ est etiam fauorabilis: vt.s̄. de edicto diui adri. tol.l.vlti. ¶Itē segnori circa.l.istam instatur. rem tuam mobilem obligasti mihi. cecidi a possessione. seyus apprehendit illam bona fide: ⁊ vendidit meuio bonefidei emptori. meuius possedit continue triennio. certum est ꝙ te excludit a rei vendi. ⁊ mihi remanet mea hypo. si post istam vsucapionem tacerem decēnio: exclusus sum ab hypo. q: bonefidei possessor prescribit lon.temp. contra creditorē: vt.ff.de vsucap.l.iusto.§.non mutat. ¶Or ponamus. elapso triennio tacui septennio: nunquid seyus excludet me ab hypo. Et certe videtur ꝙ non: q: contra me possedit septēnio tantum. ⁊ prescriptio.x. tollitur hypo. contra creditorem: vt in preal.l.s̄. si aduersus cre.l.j.⁊.ij. Econtra vr̄ ꝙ ipse possit coniungere septēnium cū triēnio ⁊ dicere mihi ꝙ.x. siluí. nā non dz esse deterioris conditionis si vsucepisset cōtra te q̄ si nō vsucepit: vt.ff.de capti.⁊ postli.re.l.in bello.§.siquis seruo. ¶Or segnori q: in qōne ista dixit dn̄s Ir. ꝙ non sufficit labi septēnium. q: si primo vsucepit triennio ⁊ post septēnio prescriberet: vsucaptum vsucaperet: ꝙ esse non pōt. q: ꝙ meum est: amplius meum fieri non potest: vt.ff.de vsuc.l.sequitur.§.lana.⁊ insti.de act.§.sic itaq:. Sed nos in questione ista dicimus ɔtra. ⁊ dicimus ꝙ sufficit labi

septennium.nam ex quo statim cecidi a possessione: ꝛ seyus apprehendit bona fide ꝛ meuio bonefidei emptori vēdidit: meuius incepit prescribere cōtra te dñm.ꝛ elapso triēnio ꝛ septēnio incepit pscribere cōtra me. vnde tollit mea hypo. ne deterioris conditionis sit qui vsucepit q̄z qui nō vsucepit vt in preal.l.in bello.§.si quis seruo. Nec ob.si obijciat quomodo vsucaptuz vsucapit: sicut dicebat Jr.q2. Rñ.per lapsum triennij vsucepit dñium cōtra te.sed per lapsum septēnij non prescribit qd vsucepit: sȝ pscribit aliud ius quo mediante res vsucapta ab eo poterat aduocari. nam ꝛ alibi inuenio hoc.s̄.qd metus cā.l.si vi vel metu.Et insup siquis vsucepit rem absentis:absens reuersus restituit.cū si tanto tempore fuit negligens quāto fuit absens:excludit a restitutione:vt.s̄.de resti.mi.l.qd tpe militie. ¶ Sed denuo ad.l. istam instatur.si obligasti mihi rem tuā: ꝛ cecidisti a possess. sine dolo vel culpa ꝛ seyus nactus est possessionē illius rei bona fide credēs eam suā eē: ꝛ eā alienauit meuio bōa fide ementi: ꝛ ipse possedit eam triēnio ꝛ sic eam vsucepit cōtra te ante elapsum septēnium agam hypo.cōtra meuiū ꝛ aduocabo rem ab eo.tu solues mihi debitū ꝛ aduocabis a me rē pignoratam per directam pignoratitiam: ꝛ ego teneor tibi reddere sis dñs vel non.vt.ff.de pigno.act.l. si rem.§.oēs. ꝛ.§.is qui rem alienam.reddā ergo tibi ꝛ meuius vsucaptū aduocabit a te per rei vendi.ꝛ ego a meuio per hypo.ꝛ meuius a te.ꝛ ita erit res in circulo vel in saltaballa. Ad quod dixerunt antiqui.iste circulus debet ita vitari: q2 completa vsucapione ego creditor agam hypo.contra meuium vsucapientem: ꝛ aduocabo ab eo per hypo. tu per ignorantiam actionem aduocabis a me: ꝛ facies q̄ cedam tibi ius meuz ante solutionez vel post statim: quod fieri potest.vt.ff.de solu.l.modestinus. vnde repelles vsucapientem exceptione: quia retines ex persona meuij creditoris dicendo. si vinco vincentem te: multofortius te vincere debeo.vt.ff.de diuer. ꝛ tēp.prescrip.l.de accessionibus. Uel potest dici ſm alios q̄ omittatur iste circulus sic.q2 ego creditor aduocabo cōpleta vsucapione a meuio per hypothe. ꝛ ipse offeret mihi debitum ꝛ faciet q̄ cedam ei iura mea.vt.ff.qui.po. in pig. ha.l.mulier.ꝛ.ff. de euictio.l.in creditore. ¶ Or segnori si bene intueamur non est hic circulus. q2 si agā cōtra meuiū hypo.ꝛ aduoco ab eo: ꝛ tu offers debituz mihi: ꝛ aduocas a me per directam pigno. ꝛ meuius aduocabit a te per rei ven.q2 susceperit: ego postea nō aduoco ab eo: q2 solutū est mihi debitum: ꝛ solutione eius qd debetur: tollitur omnis obligatio: vt insti.qui.mo.tol.obli.in princi. ¶ Sed denuo ad.l.istam opponit.ꝛ aduertatis vnum quare: quod format hic dñs Azo ꝛ non soluit vos debetis scire per.l. istā cum suis similibus.sumimus talē regulā. qui vsucapit rē in qua habeo pignus: nō excludit me ab hypo. vt h.ꝛ.ff.e.l.j.§.cū predium.ꝛ.ff.de vsufr.l.locū.§.j.sed qui vsucapit seruuz in quo habeo operam: excludit me ab opere petitione: vt.ff.d vsufru.le.l.ij.Sed querit Azo hic ꝛ non soluit.sed vos assignabitis rationem talem. ꝛ incipiamus a seruo in quo hēo operā.si testator legat mihi operā in seruo suo: si alius vsucapit seruū vsucapiēdo eū pdo operaz: ꝛ quare hoc audite. Opera serui est seruitus talis que non perdit morte illius cui debetur. Item nō perdit capitis diminutione illius vl negligentia illius cui debet non vtendo: sed perditur opa serui morte serui.vel si aliquis vsucapiat eū: vt in preal.l.ff. de vsufruc.leg.l.ij. sed vsufructus perditur morte vsufruc. Item capitis diminutione. Item non vtendo: vt.s̄.de vsufruc.l.corruptione. Et si aliquis vsucapit seruū in quo habeo vsufructum: licet remaneat mihi vsufructus. cum possum perdere morte mea: vel capitis diminutione: vel non vtendo. vnde illa vsucapio non erit superflua vsucapienti. Sed si aliquis vsucapit seruum in quo habeo operam nisi vsucapione serui auferretur mihi opa sua: vsucapio esset ei inutilis: q2 perit morte mea non serui. igit vsucapiōe serui dȝ perire. ¶ Or videamus quare vsucapione serui nō pit hypo. Ratio est illa vt dictum est: quia qui vsucapit querit dñium ꝛ sequelam dñij.ꝛ hypo.est separata a dñio.preterea vtilis est vsucapio vsucapienti seruum: licet non pereat hypo.quia si tacuerit septennio: excludet ab ipso. Odo.

Quāuis per.ac. Jn.l. ista dr. Si creditor egit psonali act.aduersus debitorez vel aduersus fideiussores seu mandatores: ꝛ fuerit cōdēnatio secuta: nihilominus remanet sibi pignoris psecutio ꝛ hypo.actio. Tex.q̄uis psonali actione.ponamus certi cōditione gnāli: vel certi cōditione de mutuo si intercesserit mutuū. Tex.expert⁹.sub.tu creditor. Tex.reum.i.debitorē principalē. Tex.feceris.i.fieri.vt.s̄.ne quis in sua cā.l.vna. sic ꝛ alibi expōitur.ff.de his q no.infa.l.furti.§.mādati. Tex.persecutionez.ꝛ cōcordat.j.e. l.distractis. ¶ Or segnori hoc est verum iure.C. ꝛ.ff.q2 siue egi contra debitorē vel fideiussores vel mandatores eius ꝛ fuerunt condēnati: indubitanter possum experiri contra pignoꝝ possessores: vt.s̄.de act.ꝛ ob.l.est in arbitrio. sed istud hodie est correctū: q2 hodie vr̄ q̄ primo agā cōtra debitorē ꝛ fideiussores ꝛ mādatores anteq̄z pueniaz ad pignoꝝ possessores ꝛ mādatores. ꝛ.h.d.auc. hic signata que incipit. hoc si debitor ꝛc̄. que legitur h. ꝛ a quibusdam.j.e.l. distractis.ꝛ a quibusdam.j.e.l.persecutionem.

Hoc si debitor. A. Or segnori h auc.est in corpore auc.de fideius.§.j.Et ad pncipiū huius auc. opponit. ꝛ vr̄ q̄ possum agere cōtra pignoꝝ possessores: ēt si debitor nō possideat sed alius: vt in auc. de litig.§. ob h. Ad qd dicunt quidam istā esse correctā per illam: cum sit posterior. Alij dicūt vbi extraneus possessor hȝ non titulum lucratiuuz obtinet hec auc.sed vbi habeat ti.lucratiuuz obtinet auc.ɔ̄ria. Uel pōt dici verius vt dicatis q̄ hec auc. loquit cum quis obligauit res ꝛ dedit fideiussores: illa auc. loquitur si conuenio te non facta re litigiosa.

J dñium. Jn.l.ista dr̄. Aliq̄ possessio ab aliq̄ muliere fuit tibi obligata: postea fuit tibi isolutū data: nūqd ea poterit auferri a te? Rñdet q̄ nō.sed si non fuit tibi insolutū data: si debitrix offert debitū teneris restituere rem cū fructibus.h.d. Tex.eius possessionis.i.rei possesse. ponamns fundi vel domus. sic ꝛ.s̄. de p ba.l.ij. Tex.reddat. nam creditori debitor tenet restituere rē cum fratribus.vt.ff.de pig.act.l.si rem.§.omnes.

Debitores. Jn.l. ista dr̄. Si aliq sunt debitores mei: ꝛ obligauerūt mihi pignora: vrbanū ē si venit dies soľonis ꝛ non soluūt q̄ debeaz eos monere: si sunt pn̄tes.ꝛ si soluunt benequidem.si autez detractant soluere potero eos conuenire psonali actione ad debitum ꝛ hypo. ad pignora mihi tradenda. Tex.debitores pn̄tes.dicuntur presentes: vt s̄.de prescrip.xxx.vel.xl.an.l.vlti. Tex. prius denunciationibus.sub.factis coram testibus. Tex.cōueniendi.i.admonendi vt soluant.ꝛ hoc de vrbanitate fit. ¶ Or segnori ex.l.ista voluit colligere dominus Jo. ꝛ ita scripsit in sūma sua. quicunq̄ vult agere: editio actionis est facienda ante vocationem in ius.q2 hic dr̄ q̄ creditor debet monere debitorem vt sibi soluat.ꝛ ad hoc facit.ff. de serui.vr.pre.l. quidā iberus.ꝛ ff.de dā.infec.l.cum postulasset. ¶ Sed segnori cōtra.est dicendum: vt.s̄.de litis con.auc.offeratur.ꝛ.s̄. de episco.ꝛ cle. auc.generaliter. Nec ob.hec.l.ꝛ.l. contra.q2 istud est vrbanitatis cā non necessitatis. Odo.

Nominatori. Jn.l.ista dr̄. Si ego noio te ad aliqd munus vel officiū: ꝛ tu nō vis suscipere: non lȝ mihi sine iudicis auctoritate cape res tuas: id q2 nō acqescis noiationi. Tex. non lȝ.q2 licet ei appellare: vt.s̄.de ap.l. qui ad ciuilia.ꝛ hoc est ideo: q2 nemini lȝ sibi ius dicere sua auctoritate: vt.s̄.de iudeis ꝛ ce.l.nullus. Odo.

J vxor tua. Jn.l.ista dicit. Uxor mea accepit mutuo pecuniā: ꝛ obligauit creditori aliquas res ppias.de mutuo fuit factum publicuz instrm: non

non tñ ibi facta fuit mentio de rebus vxoris obligatis credi toꝛi.postea successi vxori mee.volo offerre vxoris mee debi tum ꝛ recupare pignoꝛa obligata ei ab vxoꝛe mea:nũqd hoc facere mihi lꝫ?Certe sic.Tex.res propꝛias. quare dicit pro pꝛias?certe iõ qꝛ alienas non põt obligare sine dñi volũtate vt.j.que res pig.ob.pos.l. que predium. Tex.soluto.sub.vel oblato.Tex.ꝯuenies.sub.directa pignoꝛaticia: vt.ff.de pig. act.l.si rem.§.omnes. Odo.

Cum dominã. In.l.ista dicit. Quedam dña maioꝛ.xxv.annoꝛuꝫ accepit a me mutuo.x.ꝛ aliqua pignoꝛa mihi obligauit, postea spõte illa pignoꝛa dedit mihi in solutuꝫ ꝛ dñij iuŕ permisit possidere mihi: nunquid illa datio erit valida?Et rñdetur ꝙ sic.Tex.cum dñam non minoꝛem. secus si esset minoꝛ: quia tũc posset restitui:vt.s. si aduersus ven.pi.l.j.ꝛ.ij.ꝛ.ff.de mi.l.ait pretoꝛ.ꝛ.s.de pre.mi. non ali.l. siquideꝫ.Tex.ꝛ voluntas.s.bona fide interueniente:vt.s.de actio.ꝛ ob.l.sicut.ꝛ.l.bonam.

Distractis. In.l.ista dicitur.Si tu es debitoꝛ meus in.x. ꝛ aliq̃ pignoꝛa mihi obligasti.si illa pignoꝛa distrahis anteq̃ soluas mihi:habeo electio nem vel velim te debitoꝛẽ conuenire perso nali actione:vel emptoꝛẽ actione hypo. que est in rem:vt.j.e.l.pignoꝛi. Tex.iuris. istud habet locum iu re.ff.ꝛ.C.vt dixi.s.eo.l.q̃uis.sed istud hodie est coꝛrectũ per auč.quam ibi legi. Odo.

d **Ebitoꝛẽ.** In.l.ista dicit. Si debitoꝛ meus rẽ mihi obligatã a se vendidit vel donauit vel legauit vel per fidei cõmissum reliq̃t: intelligit̃ facta alienatio cum sua cã.ꝛ ideo meam conditionẽ nõ poterit fa cere deterioꝛem.ꝛ ideo a possidente rem illam potero aduo care per hypothecariam actionem. Tex. certissimum est.i. alienatio habet fieri cum sua causa:vt.ff.de contrahen.emp. ꝛ ven.l.alienatio.ꝛ dixi.s.e.l.vsucapio.Tex.consequi debes vt.s.l.proxi.sed hodie est coꝛrectũ istud per auč. hic positam hoc si debitoꝛ.quam legi.s.e.l.q̃uis.

Et si frater. In.l.ista dr̃.Frater meus nõ suã sꝫ meã pecuniã suo noie mutuauit ꝛ pignus ac ce pit:nunq d querit̃ mihi pignoꝛis obliga tio? Certe nõ:sed vbi põt querere:hoc dicit ista l.Tex.ꝛ si frater tuus.q.d.nedũ si extraneus immo etiã si frater tuus. Tex. suo nomine dedit. hec est pla na lr̃a:ꝛ bene stat ꝙ dicit in lr̃a.Tex.nõ potuit.sed si habetis tuo nomine:tunc sub. ibi non potuit. scilicet a te reprobato noie.Tex.tibi.s.frĩ. Tex.non potuit.sub.qꝛ noie suo nõ meo nomie accepit pignus.Uñ no. si aliq̃s mutuat pecuniã meã suo nomine: nõ mihi sed sibi querit actionem cõsumpta pe cunia:vt plene no.s. si cer.peta.l.q̃uis. sed ꝛ si meo nomine mutuasset:mihi non queretur reprobato a me nomine:vt.s. si cer.peta.l.absentis. Odo.

Quãuis. In.l.ista dicit̃.Mutuaui frĩ meo.c. de illis.c. fr̃ meus cõ parauit pdiũ. istud pdiũ nõ obligauit gñal'r vel spal'r:nũqd erit mihi obligatũ?Certe nõ sed possum eũ cõuenire psonali actiõe ex cã mutui vt mihi satisfaciat.Tex.nõ deduxit.ita habetis h̃.sicut res empta de pecunia mea non est mea:vt.s. de rei ven.l.si vt pponis.ita nec est mihi obligata vt hic.Fal lit aliqñ:vt.ff.qui po.in pig.ha.l.ij. Tex. interdum nõ prohi beris.sub.personali actione. Odo.

p **Ignoꝛis.** In.l.ista dr̃.Si tu debitoꝛ obligas mihi aliquaꝫ rem ego rẽ pignoꝛi obligatã possum psequi hypo. act.que ẽ in rẽ: ꝛ a te debitoꝛe si possides eã ꝛ a quolibet possessoꝛe. Tex. pignoꝛis. sub. ꝙ obligatur ꝛ traditur.Tex.vel hypo.quia obligatur ꝛ nõ tra ditur.vt.ff. de pig.act.l.si rem. Tex.est in rem.q.d. actio hy po.est realis vt hic.ꝛ.ff.eo.l.pignoꝛis.

s **Icut vim.** In.l.ista dr̃. Si tu obli gasti mihi rẽ pignoꝛi:si casu foꝛtuito amisi eã:nõ teneoꝛ eã tibi restitue re. sed si dolo vel culpa amisi : de hoc teneoꝛ. Tex.sicut vim maioꝛẽ.i.casuꝫ foꝛtuitũ cui resi sti nõ põt:vt.ff.ꝙ metus cã.l. vis maioꝛ.Tex.non hꝫ. vt.s.de pig.act.l.que foꝛtuitis.Tex.culpam latam ꝛ leuem. sed de le uissima non tenetur:vt.ff.cõmo.l.si vt certo.§.nunc. ꝛ dixi.s. de pig.actio.l.creditoꝛ. Odo.

c **Reditoꝛ.** In.l.ista dr̃. Si sum credi toꝛ tuus in.x. ꝛ obligasti mihi pignoꝛa : nõ possim cogi te cõuenire.ve. rũtñ licet nõ possum cogi te cõuenire:tñ si pla cet tibi offerre debitũ potes. si recipio planuꝫ est:qꝛ poteris a me recuperare pignoꝛa. si aũt nõ recipio: de bes cõsignare in edem sacram ꝛ ibi deponere. similiter ꝛ me poteris conuenire pig.actio. Tex.potest.vt.s. vt nemo inui. age. vel ac.co. in rubro ꝛ in nigro. Tex. conuenire. vt.ff. de pig.actio.l.si rem.§.omnes. Odo.

Res obligatas. In.l.ista di cit.Si titi obligauit tibi res pignoꝛi: si ego extraneus soluo tibi debituꝫ:possim petere id qð solui non aũt possum dicere ꝙ nactus sum ius pi gnoꝛum.Tex. datum petere.sub.a debitoꝛe actio.nego.gest. vel man. si mandatum intercesserit: vt.ff. de neg.gest.l.soluendo.

Secũdus creditoꝛ. In l.ista dr̃.Si res aliq̃ fuit tibi pꝛimo loco obligata: ꝛ eadẽ res ẽ mihi scðo loco obligata:idubi tãter si ego scðs creditoꝛ cõuenioꝛ a te pos sum offerre tibi debitũ. ꝛ si obtuli tibi debi tum:assequar a debitoꝛe foꝛtẽ cũ vsuris:non aũt vsuras vsu rarum.Tex.pignus.vt.s.de ps̃.xxx.vel.xl.an.l.cũ notissimi.§. eodem iure.Tex.accipiet.qꝛ suum negocium secundus cre ditoꝛ gessit: vt.ff. qui po.in pig.ha.l. si prioꝛum.ꝛ.s. de vsur. l.penulti.ꝛ vlti. Odo.

Maioꝛ annis.xxv. In.l. ista dr̃. Mutuaui tibi.x.ꝛ tu obligasti mihi aliquaꝫ reꝫ pignoꝛi. postea ego creditoꝛ maioꝛ.xxv. an.feci tibi pcm̃ de ñ petẽdo:nũqd p hoc pa ctũ tollit ipso.iure hypo.Rñdet̃ ꝙ sic.adeo vt si veliꝫ amõ intẽdere hypo.iudex mihi suã iurisditionẽ de negabit.Tex.remissa.sub.pacto.Tex.non põt.sub.ipso iure sublata obligatione. sed ista expositio hꝫ ꝯrium: vt.ff.de pa ctis.l.sicut.§.de pignoꝛe.Alij exponũt. non põt.sub. obstãte pacti exceptione.ꝛ tunc cõcoꝛdat.l.contra. Et iõ vos dicetis sic.aut ꝯhunt pignus: aut hypo. Si pignus: vtputa mutuo tibi.x.tu tradis mihi librũ tuum. si facio tibi pactũ de nõ pe tendo:illud pactũ de nõ petẽdo tollit personalẽ obligationẽ vt.ff. de solu.l.stichus.§. naturalis.ꝛ insti. de excepĩ.§. que dam. similiter pignus non liberat ipso iure sed ope excepť. cum sit contracta re.vnde contrario actu debet tolli.qꝛ nihil tam naturale ꝛc.vt.ff. de regu.iur.l. nihil tam naturale. ꝛ ad hoc facit insti.qui.mo.tol.obl.§.creditoꝛ. Aut contrahit̃ hy pothecaria:puta mutuaui tibi.x.ꝛ obligasti mihi aliquã rẽ ꝛ non tradidisti.si facio tibi pactũ de non petendo: personalis tollitur ipso iure. ꝛ hypo. qꝛ solo consensu est ꝯcta: tollitur ipso iure contrario consensu vt hic.

Persecutionẽ. In.l. ista dici tur.Si obliga sti mihi rem aliquam ꝛ tradidisti ꝛ cecidi a possessione:ego habeo electioneꝫ vel velim te cõuenire personali actione vel hypo.age re contra possidentem pignus: nec possum cogi a te vt omissa persecutione pignoꝛis agam tecum perso nali actione. Tex.non potest.ad hoc facit.s.e.l. distractis.ꝙ est verum si debitoꝛ possidet pignus. secus si alius possidet: quia tunc pꝛimo conuenitur debitoꝛ ꝛc. vt dixi.s.eo.l.q̃uis in auč.hoc si debitoꝛ.quam ibi legi. Odo.

Eruo. In.l.ista dr̄. Obligasti mihi seruū tuū pignori.p.x.ille fu⁹ mortus est: nūqd p̄sonalis actio remanet salua q̄te ad.x. R̄ndet̄ q̄ sic. Tex.petitio. q2 etiam si seru⁹ extaret: nō tollit̄ p̄sonalis: ⁊ nō sufficit ad debitum: vt.ff.de pigno.l.creditor.

I tibi. In.l.ista dr̄. Mutuaui tibi.x.tu quēdā notariū.i.seruū notatorem obligasti mihi pignori: nūqd t3 obligatio illa? R̄ndet̄ q̄ sic. vñ si ille seru⁹ vi arreptus est mihi: possum agere contra raptorē3. Tex.notariū.i.notatorē. ⁊ de tali habuistis mētionē.s̄.con. de leg.l.j.⁊.ij.non aūt exponatis notariū.i.tabellionē3.quia seruus nō potest esse tabellio vt.j. de tab.l.generalis.lib.x. Tex.conueni.sub.vi bo.rap.vt institu.vi.bon.rap.§.penul. Uel dicatis furti acti. conueni que datur ei cuius interest: vt institu. de ob. que ex delic.nasci.§.furti.⁊.ff.de pig.act.l. si pignore.non autem condic̄.furti.intendit: sed condit.incerti.vt.ff.de furtis.l.ideo.in fi. Odofre.

Ap hypothecis. Leges veteres alio℞ imperato℞ qui p̄cesserūt iusti.in superiorib⁹ habuistis hec est noua.l. ⁊ hec.l. ponit casum satis leuem. ⁊ est talis. Sunt aliqui argēti cāpsores.sunt aliq̄ mercatores vel alij negociatores. isti aliq̄n accipiūt mutuo pecuniam. post pecuniam acceptam liberis suis vel aliquib⁹ alijs emunt aliquā militiam: ⁊ eo pacto vt ad heredes transiret: puta cognatis suis vel extraneis prosit. vel emunt vt vendatur ⁊ ad heredes transeat: nunquid illa militia presumitur empta de pecunia eis mutuo data? R̄ndet̄ q̄ sic: ⁊ iō statim exquo est empta: ille cui est empta tenetur pignoratitia creditori: nisi cōtra.probet̄.s. q̄ si fuerit empta de illa pecunia quā creditor mutuauit. ⁊ istud h3 locū in militijs cōparatis post.l.istā lata3.nō aūt in p̄teritis militijs. Tex.metarij.forte erant aliq qui imponebant metā in auro vēdēdo ⁊ emēdo. Tex.militiā.i.prebēdā siue redditu3: vt dixi.s̄. de inoffi.te.l.omnimō. in fi. q2 ista materia apō nos italicos est inusitata: s3 in regno francie vtitur tali militia. Tex.militasse.i.istum redditū quesiuisse. Tex.p̄sumptione.p̄betur. ⁊ no.q̄ aliqd .p̄bat̄ iuris p̄sumptione eoipso q̄ c̄riū nō .p̄batur: vt.j.qui mili. nō pos.l.sup seruis. Itē vbicūq3 est iuris p̄sumptio ⁊c̄.vt.s̄.de proba.l.siue possidetis. Tex.meruerit. sub.ante.l.istam latam. Tex.sancimus.q2.ll.regulariter dāt formam futuris negocijs tantum: vt.s̄.de le.⁊ con.l.leges. dixi. ¶ Or segnori habetis hic vnam aucten. que incipit. Quod obtinet.vnde videatis eam.

Uod obtinet. Auc. Lex.C.dicebat.si negociatores qui nominant̄ in.l.C.mutuo accipiūt pecuniā vl' mutuant.⁊ q accipit mutuo pecuniā ⁊ emit militiā filijs suis vel cognatis: illa militia p̄sumit̄ tacite hypo. ⁊ p̄sumit̄ de pecunia mutuata empta.auc̄ ista determinat ⁊ dicit q̄ hoc est ve℞: si ille q mutuat ad hoc mutuat.q2 illa militia est mutuāti tacite obligata. s3 si pecunia nō erat ad hoc mutuata: illa militia non erit tacite obligata: nisi .p̄baret d̄ illa pecunia ēpta. ⁊ filij erūt potiores ⁊c̄. Tex.fuerint.i.si non fuerint filij vel vxor. Tex. debentur.s̄. vt bona ipsius intelligant̄ obligata: s3 nō militia nisi fuerit hypothecata: vt i auc̄. de exhi.⁊ intro.reis.§.optimū. vñ est extracta hec auc̄. Tex.filij.sub. vxoris mortue q̄ dedit dotē.

¶ In quibus causis pignus tacite contrahitur.

¶ De pignorib⁹ ⁊ hypothecis exp̄ssis ex cōuētione c̄ctis superiori titulo dictū ē. verū q2 pignus ⁊ hypotheca ex auctoritate legis in certis causis tacite c̄hunt̄: ponit̄ hec rubrica.in quibus causis pignus tacite c̄hitur.sub.ex potestate.l.vnde in quib⁹ casibus inducat̄ tacita pignoris vel hypo.obligatio ex p̄tāte.l.videamus. qui casus enumerantur j.e.l.j.⁊.ij. ⁊ maxime est vnus casus. vt si mutuo pecuniam in domo vel in naui reficienda.vt.ff.eo.l.j.

Niuersa bona. In.l.ista ponit̄ casus in quo inducit̄ tacita hypo. sine cōuentione. ⁊ est talis q̄ si aliqs tenet̄ prestare fisco tributa: bona eius sunt fisco tacite obligata .p̄ tributis. Tex. sunt.sub.tacite.nam fauore fisci oia bona illi⁹ qui tenet̄ soluē censu3 sunt tacite fisco hypo.vt hic.⁊.s̄.de rescin.vendi.l.si quis.

Ertum. In.l.ista dr̄. Si aliquis c̄hit cū fisco: p̄uilegio fisci oia bona ei⁹ sunt fisco tacite hypothecata sine oi cōuētiōe. Tex. obligari.s̄.tacite. Tex.exp̄mat̄.s̄. pacto.⁊ ad hoc cōcor.s̄.de pri.fis̄.l.iij.⁊.ff. qui po.in pigno.ha.l.si pignus. Odo.

Uāuis. In.l. ista dr̄. Si tu obligas mihi p̄dia: per c̄ñs ⁊ fruct⁹ prediorū intelligunt̄ mihi tacite obligati.l3 dictū nō sit ve℞: tñ si ex fructib⁹ p̄ceptis debitor meus emit p̄dia: illa nō intelligunt̄ eē mihi obligata. Tex.si id aperte.i. pacto iesse vt.ff.de pigno.l.j.§.cum prediū. ⁊ fructus perceptos ex predijs obligatis creditor debet sibi in causa debiti computare: vt.s̄.de pig.actio.l.j.⁊.ij. Tex.placuit.q2 res empta de pecunia que tibi mutuata est: mihi pignori obligata nō est: nisi dictum sit.vt.s̄.ti.proxi.l.q̄uis.

Atis notū est. In.l.ista pōitur quoddā priuilegium cōtra ius cōe. Ecce si aliqs ab vxore dote3 recepit ⁊ ipse effectus est p̄mipilus: ⁊ ipse deliqt in officio p̄mipili: oia bona illius sunt tacite hypothecata fisco.⁊ si p̄rimoniū illius nō sufficit fisco: mulier dotem suam recuperare nō poterit. Tex.inueniatur. ¶ Or segnori no.hic ob delictū mariti regulariter nō tenet̄ dos vxoris: vt.s̄. ne vxor pro ma. vel maritus pro vxore.l.j. Fallit si maritus deliquit in officio primipili vt hic.sic etiam speciale est: vt filius exheredatus teneatur pro patre.vt.j.de offi.p̄mipili.l.j. sicut hic. secus in alio patrimonio mulieris vt.s̄.de priui.fis̄.l.j.⁊ ibi dixi.

I nō inducta. In.l.ista ponitur talis cāus. Quedam dña locauit mihi fundū suū. ego mancipia mea nō induxi in illu3 fundū: nūquid dña illius fundi occasione pensionis non solute poterit vsurpare mancipia mea tanq̄ tacite hypothecata? Respondet̄ q̄ non.si aute3 essent inducta mancipia in illum fundu3: hoc casu posset ea retinere.satis enim est q̄ de pensionibus personali actione solēniter me poterit conuenire. Tex.conueniat.sub.proposita personali actione. ¶ Or segnori no. q̄ hec mācipia non erant inuecta vel illata in fundum. secus si essent illata vel inuecta: q2 tunc tacite pignori tenerentur. vt.ff.de pac.l. item q2. Item no.differentia3 inter predia vrbana ⁊ rustica. in p̄dijs vrbanis satis est q̄ sint inuecta: vt sint ibi p̄petuo donec cōductio erit.sed in predijs rusticis tria sunt necessaria: q̄ inducantur: ⁊ sciente locatore: ⁊ gratia perpetui vsus: vt.s̄.lo. ⁊ condu.l.certi.que sit ratio ibi dixi. Item ex.l.ista colligetis ar.contra scriptores qui retinent sibi quaternos non obligatos pro opere.q2 hic dr̄. si domina locauit mihi fundū: ⁊ nō induxi ibi mancipia mea: dña non poterat ista mancipia retinere.similiter videtur q̄ scriptor non possit retrahere vel retinere quaternos: si ei nō sunt obligati pro salario suo vt hic ⁊ q2 regulariter res que non est obligata: non debet posse retineri.⁊ ad hoc est arg.s̄. de condi.inde.l. sub pretextu.⁊ ista interpretatio facta est pro scholaribus. sunt tñ contra. ar.ff. qbus mo.pig.vel hypo.sol.in p̄n. Uel pōt adhiberi talis diuisio.si su3 debitor tuus in.x.aut res mea peruenit ad te sine facto meo: ⁊ tūc nō poteris retinere eam exquo nō est tibi obligata vt hic.aut tradidi tibi rem meā: nō tñ eam tibi obligaui: quo casu videris posse retinere.vt.ff.de solu.l.si cu3 aur. ⁊ s̄m hanc determinationem potest intelligi.j.eo.l. vlti. ⁊.j. etiam ob cy.pe.l.vna dicemus. Odo.

Si mater

SI mater. In.l. ista dr. Si mulier suscepit tutelā filioꝝ suorū ꝛ iurat nō couolare ad scdās nuptias: si postea couolat ad scdās nuptias anteq̄ petierit creari aliū tutorem filio suo ꝛ anteq̄ rōne tutele reddiderit: indubitāter bona mulieris intelligunť tacite obligata ipsi pupillo. Tex. si mater legittima. i. a lege concessa. non tñ est legittima nec testamentaria: immo est extraordinaria siue anormala: vt no.s. qñ mulier tutoris offi. fungi potest. auc. matri ꝛ auie. similem exponēz no. s. ad tertul. l. oēm. Tex. contra sacrm̄ prestitū. hodie non iurat: vt. s. qñ mulier tu. offi. fun. potest. l. vlti. ꝛ auc. ibi signata. Tex. obnoxia. ¶ Or segnori habetis hic ꝙ hāc penā patiť maritus: qꝛ oia bona scdi mariti sunt tacite hypo. liberis primi mariti. ipsa aūt mulier patiť alias penas vt dixi. s. de secūdis nup. auc. eisdem. Odo.

Ancimus. Ista est noua. l. iusti. ꝛ dicit h. iuecta ꝛ illata a cōductore in pdiuz vrbanū tacite sunt hypothecata. Et ista. l. nō solū hꝫ locū in vtraq̄ roma: imo etiā ꝛ in alijs territorijs ꝛ ciuitatibus subiectis romano iperio. Tex. obligant. sꝫ in pdijs vrbanis ꝛ dño ignorāte: in rusticis demū eo sciente: vt. s. loca. ꝛ conduc. l. certi. Tex. roma. s. veteri ꝛ noua. Tex. in puincijs. sub. subiectis nostro imperio. Odo.

¶ Si res aliena pignori data sit.

¶ Qualiter pignus vel hypotheca expsse vel tacite ꝯhať in supioribus dictuz est. Sꝫ qꝛ sepe aliena res dať pignori ꝛ dubitať an teneat obligatio: poniť h rubrica. Et hec est regula ꝙ res aliena non pōt obligari nisi dñi voluntate: vt. j. eo. l. que predium. ꝛ. ff. de pig. act. l. aliena res in fi.

PRocurator. In.l. ista dr ꝙ procurator qui nō hꝫ liberā administrationē vel spāle mandatū sine dñi voluntate rem dñi obligare non pōt. verūtñ si procurator accepit mutuo pecuniā ꝛ conuertit in reꝫ dñi: si conueniať dominus ꝛ excipiat: poterit replicari ꝙ pecunia in rem suaz versa est. Tex. dedit. vt. ff. de procu. l. ignorātis. ꝛ. l. procuratores tui. ꝛ. l. mandato gñali. Tex. desideratur. acsi aperte dicať. si obligaui tibi rem sine dñi voluntate ꝛ pecunia versa est in vtilitatem domini poterit ille vti retentione: vt. ff. quibus mo. pignus vel hypo. sol. l. j. Odo.

SI probaueris. In.l. ista dr. Si aliqs obligat pdia mea vel hortos meos me inuito creditori suo: nō tenet obligatio. sed si dum sciré hortos esse meos ꝛ passus suꝫ eos obligari volens fraudare creditores: hoc mihi non lꝫ. Tex. nō potuisse. vt. j. e. l. que pdiū. sed bñ pōt vendi: vt. ff. de ꝯben. emp. ꝛ vendi. l. rem alienā. que aūt sit rō dixi. s. de rei vendi. l. mater. Tex. dissimulasti. naz tunc nocet tibi: vt s. ad velle. l. si sine. Odo.

Curator. In.l. ista dr ꝙ curator adulti vel tutor pupilli nō potest obligare rem pupilli vel adulti nisi in eius vtilitatem pecuniā accipiat. Tex. accipiat. idē est in procuratore: vt. s. e. l. j.

NEc si maior. In.l. ista dr ꝙ filius meꝰ siue sit mior siue maior: nō pōt obligare rem meā in piudicium mei. Tex. potuit. ꝯcor. s. que res pig. obli. pos. l. j. §. j. ꝛ. s. de iureiur. l. nec filius. Odo.

Cum res. In.l. ista dr. Si obligo tibi rē alienā ab initio nō tꝫ obligatio de rigore iuris. sed si illa res efficiť mea: ex postfacto couālescit obligatio de eqtate. vñ pro re illa lꝫ non habeas directā hypothecā: habes tñ vtileꝫ. Tex. actionē. i. directā hypo. Tex. manifestuz est. sub. de rigore iuris. secus de equitate: vt. j. dicit. Tex. daretur. concor. j. ti. proxi. l. qñ filios. ꝛ. ff. de pig. l. j. in prin. ꝛ. ff. de pigno. act. l. si rem.

Que predium. In.l. ista dr. Si mulier donauit prediū suū filijs suis inter viuos: illud pdiū non pōt amplius creditori suo obligare. ꝛ si obligat: obligat rem alienā. non tñ creditor pro re illa poterit hypo. intendere. ideo qꝛ res aliena non pōt inuito dño obligari. Tex. iudicio. nā qui sciēs rem alienā obligat: cōmittit crimen stellionatus ꝛ tenetur cōtra. pignoraticia actione ad interesse: vt. ff. de pig. act. l. j. Tex. est. ꝛ ita aliquis non pōt obligare nisi rem que est in bonis. ꝛ ideo creditor ꝛc. vt. ff. de pig. l. si superatus. ꝛ. l. que nondum. §. ꝙ dicitur.

SI in rem. In.l. ista dicit. Tutor tuꝰ accepit mutuo pecuniā nō in rem tuā sed in suā ꝛ mancipiū tuuꝫ pignori dedit: finita tutela nō ratificasti obligationeꝫ: nūqd illa obligatio tenet? Rñdeť ꝙ nō. Tex. si in rem suam. s. tutoris. secus si in tuam: qꝛ tunc tenet obligatio: vt dixi. s. eo. l. curator. Tex. non potuit. vt. s. de administra. tuto. l. lex que. Odo.

NExum prediorū. In.l. ista dicitur. Si aliqs obligat predia: si psona que obligat est talis psona que posset obligare: tenet obligatio: alš non. ꝛ iō si seruus meus vel pcurator meus vł quilibet alius cuius corpore possideo obligat rem meā me inuito: nō tenet obligatio: qꝛ per similē psonā non pōt mihi aliqđ preiudiciū generari. Tex. potuit obligare. puta dñs: vt. s. e. l. que prediuz. Tex. declarať. ꝛ iō si possideo rem meo aio ꝛ corpore alieno ꝛ ille cuius corpore possideo amittit possessionem: mihi non preiudicat: vt. s. de acquir. poss. l. vlti. Si aūt tradit alij: perdo possessionē: sed recuperare potero: vt. ff. de acquirē. pos. l. possideri. §. ꝙ si seruus. ꝛ ad istam. l. concordat. j. de agri. ꝛ cen. l. per colonum.

¶ Que res pignori obligari possunt.

¶ Dictuz est. s. qd iuris est de pignoribꝰ expssis ꝛ tacitis: ꝛ qd iuris sit si aliena res data sit pignori: nunc tractať de rebus proprijs que possunt obligari ꝛ que non. ꝛ qualiter cōtrahať obligatio. sub. videamus ꝛ subijciamus. Et certe res suas quis potest obligare regulariter. Fallit in filijs: vt. j. e. l. qui filios. Item fallit in alūnis: vt. j. eo. l. j. ꝛ ꝙ dicit qualiter pignus contrahatur. qꝛ potest quis obligare vnam rem ꝛ omnia bona sua: vt. j. e. l. vlti.

ALūnos tuos. In.l. ista dr. Si aliqs obligat gñalr oia bona sua: nō vꝫ obligasse alūnos suos nec alias res qs spālr vīsimile est ꝙ obligaturꝰ nō erat. Tex. alūnos. vocat alūnos seruos ꝛ seruas qui istū nutrierāt. Tex. res. vt cōcubinā ꝛ filios nāles. Tex. rōnis ē. ¶ Or habetis. q obligat bōa sua gñalr: vꝫ obligare bona sua q̄ spālr erat obligaturꝰ: vt. ff. de pig. l. obligatio. ꝛ. l. se. ꝛ ita in gñali sermone nō continenť ea que spālr dicturus nō erat: vt. ff. de trās. l. aq liana. ꝛ. l. cū aq liana. ꝛ. l. qui cū ar. ex hac. l.

CUm costet. In.l. ista dicit. Si aliquis instra emptionalia obliget ꝛ ipsa pdia empta videtur obligasse: qꝛ pignus hꝫ ꝯhi consensu: ꝛ verisimile est ꝙ in hoc cōsentiunt. Tex. consensu. sub. ꝛ re: cum tradiť: vt. ff. de pigno. act. ꝛ ff. de pig. l. cōtrahiť. Tex. emptiones agroꝝ. i. instra emptionalia agrorum. ꝛ ita sumitur continens pro contento: vt. j. de dona. l. j. Similiter exponimus alibi. ff. cōmo. l. j. Tex. cogitasse. nam qui obligat cautionem debitoris: ꝛ nomen: vt. ff. de pigno. l. si couenerit. hec. l. est in ar. si aliqs intulit corpus filie sue in aliqđ monumentum: locū illum facit religiosum: ꝛ ideo locus ille prohibeť alienari. Tex. nō venit: vt insti. de

inutili sti.in prin.z.ff.de ver.ob.l.inter stipulātē.§.rē sacrā.

Nomen quoqz. In.l.ista di cit. Si hēo actionē ptra debitorē meū in.x. illud nomē possum gnāliter z spāliter obligare.z ideo si ei non satisfacio: indubitāter poterit creditor agere vtilibus actióibus p meū debitorē: z illud exactū poterit in suū debitū cōputare. Tex. nomen.i. actio que tibi debitori meo cōtra titiū debitorē competit.nā nomina sunt actiones: vt.s.fami.her.l.ea que. Tex. placuit.z ita habetis in prin.huius.l.q actiones pnt pignorari generaliter z specialiter.sic.vt.ff.de pigno.actio.l.si cōuenerit.z.ff. de pig.l.grege.§.etiam. Tex. quatenus tamen ipse debet: idest qntum ipse debet.

Diem eorū. In.l. ista dr q illa pma pmia q dant athletis p coronis: nō pnt obligari spāliter. Tex.athletis.i.qui faciūt certamina publica. C Or segnori hētis hic q pmia illa que dantur athletis,p coronis nō pnt obligari prima pactione: sed capi pnt in causam iudicati in subsidium: vt.ff.de re iudi.l.cōmodis.z.l.miles. Odofre.

Ui filios. In.l.ista dr.Si creditor meus cui debeo.x. accepit a me filios meos vel liberos homines loco pignoris: nō valet pignoris obligatio. qr ea possumus obligare que de bonis nostris facimus obnoxia.Tex.accepit: scilicet sciēs.Tex.obnoxia. immo si aliquis filiumfami.alicuius accepit pignori relegatur: vt.ff.e.l.vlti. z hodie cadit a iure crediti: vt.s.de actio. z obliga.l.ob es. vt in aucté.ibi signata que incipit.imo hūistis.Sed hec regula fallit: si fiat ob necessitatem famis.qr si hoc casu possumus vēdē: vt.s. de pa.qui fi.dis.l.j.z.ij.multofortius obligare. qr cui quod plus est lz zc.vt.ff. de re.iur.l.qō cui. Itē fallit in alio casu: vt si redēptus est liber homo de captiuitate hostiū: vt.j.de capti. z postli.reuer.l.vlt.C Et iō no.q ea possumus obligare que de bonis nostris facimus obnoxia. z sic res alienas non possumus obligare: vt.s.titu.proxi.l. que prediuz.

Executores. In.l. ista dr de qbusdam rebus que non pnt obligari nec accipi in cāz iudicati fauore agriculture: vt sicut sunt serui aratorij: vt est aratrum. Tex.dati.sub.ad sententiam executioni mandandam. Tex.aratorios. vt sunt ligones. Tex. retardatur.qr impediret agricultura.Tex fuerit deceptus. sub.facere contra.l.istam.Tex.subiugetur: idest puniatur. C Sed quero nunquid ex conuētione pnt obligari ea que dicuntur in.l.ista? Et dicunt quidam q sic.quia qō ex.l.non prohibetur.l. permittitur. vt.ff. ex qui.cau.ma.l.necnon.§. q eis.Sed segnori nos dicimus contra.z dicimus q sicut non possunt capi in causam iudicati: sic nec priuata cōuentione obligari: vt.s.e.l.specie eorum.

Pignorum. In.l. ista dr q illud qō ad agricultura ptinet: nō pōt obligari.Tex.nō cōuenit.sub.per iudicē.ne impediat agricultura: vt.s.l.proxi.

Si quis. Leges alioz imperatoruz qui pcesserūt iusti. in superioribus habuistis.hec est noua.l.iusti.z in ea dicitur.si aliquis in instrumēto cōtract obligat generaliter omnia bona sua: vl pro mittit aliquid sub hypotheca rerū suarum: vr obligare bona presentia z futura. z sic aliquis pōt obligare vnam rez specialiter z generaliter. z qui obligat nedū potest obligare res presentes: imo futuras.Tex.sancimus. quia in contractibus potius sensum q verba spectamus: vt.s.vt actio.ab herede z contra heredez incipiant.l.vna.z ff.de le.z se.con.l.scire.z.ff. quod cum eo.l.j.§. si filio.z.ff.d adimen.lega.l.iij.§.conditio.z istud est verum cum constet de mente.Tex.producat. C Or segnori not. si obligo tibi omnes res meas: videor tibi obligare pntes z futuras.sic ē etiam in societate: vt.ff. pro so.l.iij. in prin. Secus tamen est si vendo tibi omnia bona mea: qr videor vendere presentia non futura. Idem est si dono vel lego tibi omnia bona mea: vt.ff.de au.z ar.le.l.si ita. z ibi multa contraria huic.l.notaur z.l.se.z ar.ff.manda.l.si tibi mandauero.§.is cui bona.Et est ratio.qr si obligo bona mea: videor obligasse pntia z futura. qr pp hoc mihi debitori aliquid nō deperdit. sed vbi vendo omnia bona mea: non est verisimile q vendam futura: quia esset mihi preiudicium: qr perpetuo carerem bonis. Idem est si dono vel lego. z iō aliud in societate: aliud in obligatione: z aliud in venditione z donatione.

C Qui potiores in pignore habeantur.

C In supioribus habuistis de pignorib expssis vel tacitis. Ueruz qr aliqn debitor hz plures creditores z qs sit potior nescitur: ponitur hec Rubrica.s.qui potiores in pig.ha.

ſ Si cuz pecuniaz. In. l. ista poniť talis casus. Mutuaui tibi pecuniaz meo nomine. istam stipulatus sum iuliano reddi. certuz est ꝙ stipulatio illa est inutilis: quia alteri stipulari non possum. sed si Julianus exegit illam pecuniam a debitore meo ꝛ ego postea ratũ habeo contra iulianum habeo actionem negociorum gestorũ. Text. creditores. i. mutuares ꝛ tuo nomine. Text. cum nihil sit actum. quia alteri stipulari vel pacisci nõ possumus. ꝛ ad istud accedit. s̃. de nego. gest. l. si pecuniam. ꝛ ibi dixi. Text. eamqȝ solutionem ratam habuisti: quia gessit negocium qd̃ est tuum ratihabitione.

Secundum. In. l. ista diciť. Si mulier q̃ dedit dotẽ marito suo stipulata ẽ partẽ dimidiã dotis: ꝛ stipulata ẽ vt possit eã relinquere cui velit cum moreretur. queritur cui videtur stipulari: an sibi vt valeat stipulatio: an ei cui reliquit vt sit stipulatio inutilis? Et respondetur ꝙ videtur stipulata tempore mortis reddi sibi illam dimidiam partẽ dotis. ꝛ ad istam. l. accedit. s̃. de iure do. l. si mulier. Odo.

Nuda pollicitatione. Segnori hec. l. est eadẽ cũ illa. s̃. de pactis. l. si pacto. Et in. l. ista põetis ita casuz. Nudo pacto ꝯuenit iter me ꝛ te ꝙ codicẽ meũ cũ digesto tuo p̃mutarẽ. vl' nudo pacto cõuenisti mihi aliquid dare vel facere: incõtinẽti est stipulatio subsecuta: q2 inuicem vnus alteri promisimus centũ ad interesse si non staretur pacto. postea volo permutare. tu non vis vel non vis facere qd̃ conuenisti. volo te cõuenire ex stipulatu ad meum interesse: nunquid possum? Respondetur ꝙ sic. Sed quando erit cõmissa illa stipulatio ad interesse? Certe vel lite contestata super eo qd̃ conuenit dare vel facere: vel sup eo interesse qd̃ petitur ex illa stipulatione. Text. non semper iura permittunt. sub. nec sepe. ꝛ hoc est ideo: q2 regulariter ex nudo pacto non datur actio. in casibus tamẽ datur: quos no. s̃. de pactis. l. legem. Sed fallit. j. de dõatio. l. siquis ar. s̃. de vsuris. l. frumenti. ꝛ. ff. de doli. excep. l. j. ꝛ in alijs casibus quos no. s̃. in preallе. l. legem. ¶ Or segnori hic breuiter no. repetendo materiam illius. l. s̃. de pactis. l. si pacto. ꝙ aut stipulatio incepit a conditione: vt si stichũ nõ dederis: promittis mihi centum: ꝛ tunc nõ committiť stipulatio nisi cum certum. est euz dare non posse: vt. ff. de verbo. obli. l. ita stipulatus. §. j. Si autem stipulatio incepit a p̃cedẽti pactione: subdistingue. q2 aut incepit obligatio a pactiõe: vtputa permittis dare stichum. ꝛ si stichũ nõ dederis: p̃mittis dare decem. hoc casu committitur stipulatio exquo dare potuit: vt. ff. de verbo. obli. l. ita stipulatus. §. si ita. qd̃ vez est si omnia interuenerunt que aliquem in mora constituunt: vt ff. de vsur. l. mora. ꝛ. ff. si cer. pet. l. qd̃ te. ꝛ. ff. de colla. bo. l. siquis. §. stipulatio. Si autez obligatio non incepit a pactione: vtputa cõuenit nudo pacto inter me ꝛ te permutare codicem meum cum digesto tuo. ꝛ postea incontinenti subsecuta est stipulatio: vt si aliquis nostrum noluerit p̃mutare: det x. vel interesse p̃stet. tunc deinde committitur stipulatio cuz lis contestata est super pacto ꝭm quosdam. vel ꝭm alios cuz lis contestata est super stipulatione pene vel interesse. ꝛ sic intelligitur illa. l. s̃. de pactis. l. si pacto quo penã. ꝛ hec sunt vera regulariter vt committatur stipulatio: cũ stipulatio incepit a precedente pactione: cum certum est cum dare non posse. Sed fallit in quattuor casibus. Unus est. ff. de v̾bo. ob. l. si stichus. Alius ẽ. ff. de fideius. l. fideiussor. ꝛ. ff. de ma. testa. l. ħ autem. §. scriptura. Alius est. ff. de pecu. lega. l. ij. ꝛ iij. Et amodo si bene itellexistis que. s̃. dicta sunt: nec vos nec aliquis super materia ista potest decipi: vnde amodo veniamus ad subtiliora. Et statim ad. l. istam opponitur. naz si conuenisti permutare. ff. tuum cum. C. meo nudo pacto: ꝛ incontinenti penaz adinuicẽ p̃misimus: nõne adiecta stipulatione pactũ nuduz fuit vestituz coherẽtia cõtractus? vt. s̃. de pactis. l. petẽs. ꝛ. l. in bonefidei. Ad qd̃ dixerunt quidam

ꝙ ex interuallo fuit apposita stipulatio. qḋ non placet. Et ideo vos dicetis ꝙ illud ē verū quādo stipulatio est apposita super principali. naꝫ h̄ non est incōueniens vt vestiatur vt si promittit permutare nudo pacto: ⁊ statiꝫ promisisti per stipulationem .x. si non permutares. secus si pactum super principali appositum non fuit vallatum stipulatione: sꝫ sup accessorio apponatur. nam est inconueniens ꝙ accessoriuꝫ vestiret principale. ⁊ ꝑm hoc intelligitur exemplum huius l. vt. ff. si certum pe. l. lecta est. qꝛ secundū pactum quod fuit appositum super vsuris: fuit etiam appositum super sorte: qḋ patet quia ideo dicitur esse minus. ℭ Sed denuo instatur. quomodo potest committi stipulatio ad interesse vel ad penam lite contestata? vt si promisi permutare ⁊ statim fuit apposita stipulatio. nā aut conueniā te ad permutandum nudo pacto: ⁊ super hoc litem contestor: qualiter tunc committetur? cum nemo possit agere sine actione: vt. ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. vlti. ⁊ ex nudo pacto non datur actio: vt. s. dictuꝫ est. ℭ Denuo non potest intelligi ꝙ lis fuerit contestata super stipulatione. quia stipulatio videtur esse conditionalis. scilicet si non seruetur pactum. ⁊ sub conditione non potest suscipi iudicium. Item qualiter iurabo de calumnia: cum sciaꝫ me actionem nō habere? Ad qḋ potest dici dupliciter: vt dixi in casu. vel lite contestata super stipulatiōe ex quo petitur interesse. vel lite contesta. super eo qḋ conuenit dare vel facere nudo pacto de facto litem cōtestando. ⁊ ex quo agit de facto vt seruet pactum: lite contestata de facto commissa est stipulatio. ℭ Si obijcis nonne agit de facto qualiter committetur stipulatio? Respondeo istud non obstat. quia non solum si ago de iure lite contestata committetur stipulatio: immo etiam si ago de facto. ⁊ hoc probo sic. pone ꝙ promittis. x. cum petiero vel si petiero: anteꝗ̄ petā non teneris: ammonitione facta teneris: vt. ff. de verboruꝫ obliga. l. si decem cum petiero. Item si promittis. x. si contester litem tecum super capa tua. certe hic non possum litem contestari nisi de facto: cum sit capa tua. vnde litem contestando de facto: committetur stipulatio. Uel dicatis ꝙ conuenietur ad interesse ex stipulatione: ⁊ dicam sic. ago contra talem: qui conuenit permutare. ff. suum cum. C. meo: vel peto ꝙ permutet: qḋ si non facit: peto. x. nomine interesse. ⁊ sic vtrunqꝫ peto. si ante litem conte. offert non committitur stipulatio: quia ante litem cōte. potest purgare moram: nō postea: vt. ff. de verbo. ob. l. liber homo. in fi. ⁊. l. a titio. in fi. primi responsi. ⁊. l. si cum petiero. ℭ Si dicis qualiter iurabit de calumnia? Respōdeo vt dicunt rustici. non videtur deierare qui sibi vult consulere: vt argu. ff. de nego. gest. l. atqui natura. ⁊. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. titio. Uel dicatis ꝙ lite contestata super pacto non proceditur vlterius in illa petitione: sed denuo apponitur penalis actio in libello: quia commissa est statim penalis actio lite contestata: vel si precedit sacramentum calumnie tacite remittetur: qḋ fieri potest vt. s. de iureiur. cal. l. ij. §. sed qꝛ. Iteꝫ nec ob. qḋ dr̄ ꝙ stipulatio vr̄ esse cōditionalis. s. si nō seruet̄ pactuꝫ. ⁊ sub conditione non pōt suscipi iudicium: qꝛ illud verum est ꝙ non pōt suscipi sub tali conditione in cuius euētum soluat̄ oīno iudiciū: vt si peto. x. si nauis venerit ex asia hic si nauis nō venerit ex asia: soluit̄ oīno iudicium. sed sub tali cōditione bene pōt suscipi iudicium: in cuius euētum iudiciuꝫ oīno non dissoluitur. vt ecce peto a cōductore mihi restitui rem locatam finito tempore locationis. ⁊ si non restituitur: peto penam estimationis: vt. s. loca. l. vlti. nam si est contumax vsqꝫ ad sn̄iam: qꝛ non restituit rem: tenet̄ ad rem ⁊ ad estimationem. si aūt non est cōtumax sed statim restituit ante sentētiā tenet̄ tantum ad rem. sic ⁊ hic peto vt permutes. ff. tuum cū C. meo: ⁊ si non permutaueris: peto penā. Uel pōt dici alio modo ⁊ sic. qꝛ ꝗ̄uis ius petendi non competat ante conditionis euētum: tamē pendente lite super pena si cōditio existit: confirmat̄ ius agendi. ⁊ al's tibi mādaui vt exigas a debitore meo: ⁊ anteꝗ̄ exegeris ago contra te mandati quasi exegeris: inutiliter ago. tamen si post litem conte. cōtra te in actione mandati: exigas: confirmatur mea petitio: vt. ff. eo. l. si tibi mādauero. Itē pignoratitia actione: vt. ff. de pigno. act. l. si rem. §. vlti.

Cire. In. l. ista dicitur. Si ex causa transactionis sum stipulatus a te mihi aliquid dari vel fieri: potero te conuenire ex illa stipulatione. concor. ff. de verbo. obliga. l. liber homo. in fi.

Eqꝫ. In. l. ista dr̄ ꝙ femina minor. xxv. an. habēs tutorē vel curatoreꝫ absente tutore vel curatore suo potest stipulari aliquid sibi dari vel fieri. ⁊ illa stipulatio valebit: qꝛ absentia tutoris vel curatoris non officit aliquid stipulatiōi. ℭ Or segnori no. ꝙ pupillus vel adultus qui suam cōditionē pōt facere meliorem non deteriorē: absente tutore vel curatore suo pōt stipulari aliquid sibi dari vel fieri: non tamē potest promittere. ⁊ ad istud accedit ff. de auct. pres. l. obligari. ⁊. ff. de pactis. l. contra iuris. ⁊. s. de auct. pres. l. prima.

Non moriturum. Segnori. l. ista exēplificatur multis modis. ⁊ pōt ita breuiter poni exempluꝫ in. l. ista. Si ego stipulor a te ꝙ tu des mihi seruū stichuꝫ ⁊ ꝙ in perpetuum non morier̄: impossibilis est hec stipulatio. sed si debeas dare stichū ⁊ fuisti in mora ⁊ decessit: si post moram tuaꝫ stipulor a te dari stichū valet stipulatio. Tex. recte solutionē postulat. sub. qḋ est veruꝫ tribus casibus. vt si post moram tuam decessit. vel si tu eras fur: vt. ff. de verbo obliga. l. si homo mortuus. ⁊. ff. de iureiur. l. qui. §. j. sed al's promissor liberatur interitu speciei: vt. ff. de verbo. obliga. l. si ex legati causa. Alij dicunt ponendo exemplum in. l. ista sic. si tu promittis hominē viuum: si moritur anteꝗ̄ sis in culpa: liberaberis interitu spēi: vt. ff. de verbo. oblig. l. stichus. ⁊. l. si colonus. Sꝫ si promittis stichuꝫ iā mortuū: videris estimationem promittere. Alij dicūt lꝫ nō possim stipulari stichū nō moriturū: tū̄ eum iam mortuum possum stipulari: ⁊ teneris ad estimationē.

Siquidez. In. l. ista ponitur talis casus. Aliqs accessit ad imperatorem: ⁊ coram eo sic proposuit. Domine imperator qdaꝫ nomine zeno compulit me p̄ metū promittere. x. ipse me conuenit ex illa stipulatione: quero qualiter mihi consulatur? Ad qḋ rn̄det imperator. si ipse agit ex illa stipulatione: tu potes euꝫ repellere exceptione. ℭ Sed qd erit dn̄e imperator. ꝓmisi ei dare. x. sine metu mortis vel cruciatu corporis. sed pretextu accusatiōis institute vl' future sup crimine qḋ ingerit penā sanguinis super quo licitū est trāsigere: nūquid valet ista stipulatio? Rn̄det impator ꝙ sic. ℭ Sꝫ quid erit dn̄e impator. ꝓmisi ei dare. x. ptextu criminis qḋ nō ingerit penam sanguinis? Rn̄det impator. tibi exceptio pacti denegat̄. Tex. nō infirmabit̄. qꝛ erat tale crimē qḋ igerebat penam sanguinis super quo lꝫ transigere.

Omnes. In. l. ista dr̄ ꝙ oli in stipulationibus cōtrahēdis solemnitas verboruꝫ requirebat̄. sed hodie sufficit ꝙ cōsensus vtriusqꝫ pcedat interrogationē. ⁊ incōtinēti sequat̄ rn̄sio. concor. insti. e. in prin.

Scrupulosaꝫ. Segnori. ll. veteres aliorū ipe ratoruꝫ qui pcesserūt iusti. in supioribus hūi stis. hec ⁊ alie que sequūtur sunt noue. ll. iusti. Et in hac. l. dr̄. si stipulor a te aliquid mihi dari vel fieri post mortē meā vel cū morior vel pdie ꝗ̄ moriar: similiter cū hoc casu legatū possit relinqui: valet stipulatio remota altercatione antiquor. cōcor. s. vt actio ab here. ⁊ in l. vna. ⁊ insti. de le. §. post mortē.

Magnam. Similiter ⁊ ista. l. est noua. l. iusti. ⁊ in. l. ista dicitur. si stipulor a te aliquid mihi dari vel fieri certa die ⁊ sub certa pena. si predicta nō fuerint obseruata. licet olim deberem monere debitorem meum ante dieꝫ vt mihi solueret: tamen hodie non hēo ipsum necesse monere: qꝛ dies pro

pro homine interpellat. ipse enim sciuit se meum debitorē: ⁊ ideo non debuit expectare q̄ ammoneret. ⁊ iō si adueniē te die nō soluat: lapsa die cōmissa est pena: adeo q̄ non pōt post diem postea purgare. cōcor. ff. de act. ⁊ oblig. l. traiectitie. Et no. ad solutionem contrariorū. si stipulatio est pura non penalis vel in diem non tñ penalis: lʒ purgare morā ante litem cōte. vt. ff. de verbo. obli. l. interdum. in fi. ⁊. l. si ita quis. §. seyus. Sʒ si stipulatio est penalis ⁊ pura vel in diē: non licet purgare moram vt hic. ⁊. ff. de act. ⁊ obli. l. traiectitie. Fallit in iudicijs: vt. ff. si quis cau. l. ⁊ si post tres.

Ceteris. Segnori similiter ⁊ ista est bona. l. iusti. Et in. l. ista di. si stipulor a te aliqd mihi dari vel fieri: ista stipulatio trāsit ad heredes meos. q2 nedū ego viuus possum petere ex hac stipulatione: immo ⁊ heredes mei me mortuo: siue in stipulatione fuit facta mētio heredū: siue non. idēʒ est ex pte promissoris. q2 pmissor ⁊ heredes sui obligant. siue pmisit se facturum ⁊ suos heredes: siue per se tm̄. Nā sicut stipulationes que cōsistunt in dādo cōpetūt hr̄dibus ⁊ ꝯ heredes: ita ⁊ stipulationes que in faciēdo cōsistunt sublata veterum altercatiōe qui dicebant facta ad heredes nō trāsire. Tex. siue mixta. puta si stipulor. x. dari ⁊ foueaʒ fieri. Item est mixta si stipulor rōnes mihi reddi. p pte enim cōsistit in faciendo: q2 tenetur calculare qd̄ facti est. Item tenet reliqua prestare: vt. ff. de cōdi. ⁊ demō. l. cum seruus. §. j. ¶ Or segnori statim no. q̄ oē pactum presumit in rē nisi pbet in personā. ⁊ ad hoc concor. ff. de pac. l. iurgentium. §. pactorum. ⁊. l. tale pactum. in prin. ⁊. ff. de proba. l. si pactum. ⁊. ff. de pig. act. l. si necessarias. in fi. Item no. sicut stipulatio dandi competit heredibus ⁊ contra heredes: ita ⁊ stipulatio faciendi: siue sim stipulatus me viuo fieri: siue tempore mortis mee: siue post mortem meam: vt. j. e. l. vlti. Nec ob. l. que videtur velle q̄ stipulatio que in faciendo consistit: non transeat ad heredes: vt. ff. de ver. ob. l. centesimus. §. id qd̄. q2 illa. l. per istam est correcta. Uel potest dici quedā facta sunt que possunt per alium explicari: vt insulā fieri: romam iri. ⁊ tale factum bene transit ad heredes ⁊ contra heredes vt hic. quedam sunt facta que non pñt per alium explicari: puta nuptias contrahere: impubere aliquem liberalibus disciplinis: suis manibus pingere: ⁊ ista nō transeunt ad heredes: vt. s̄. de cadu. tol. l. vna. §. ne autem. ⁊. ff. de solu. l. inter artifices. ⁊. ff. de lega. iij. l. fideicō. in fi. Item no. sicut stipulationes que consistunt in dādo competunt heredibus ⁊ contra heredes: ita ⁊ stipulationes que consistunt in faciēdo: ne peāt contrahentiuʒ volūtates. ⁊ ad hoc accedit. s̄. vt actiones ab heredibus ⁊ ꝯ heredes incipiant. l. j. ⁊ insti. de inuti. stipu. §. post mortem. ⁊. ff. deposi. l. j. §. si conuenerit.

Optimā questionem. Segnori ⁊ ista. l. ē noua. l. iusti. ⁊ i. l. ista due optime qōnes determinantur. Et prima qō est talis. Cōtingit aliquando q̄ seruus alicuius stipulatur: ⁊ in ipso instrumento stipulationis ita scribit. titius seruus stichi stipulatus est sibi dari. x. vel talem rem. postea dum stichus vult petere ex stipulatione serui dicitur ei q̄ iste seruus non erat stichi: nunquid ex quo inuenitur in instrumento seruus stichi: presumendum est q̄ seruus stichi sit stipulatus? Respondetur q̄ sic: ⁊ hoc est vtile dominis. plerūqʒ enim dominus quia est absens: vel in dignitate persona constituta: vel mulier non vult stipulari per se: sed stipulatur per seruum suum. vnde si inueniatur in instrumento scriptum. seruus stichi stipulatus est. presumēdum est q̄ seruus stichi stipulatus sit. Secunda questio est ei similis pone scriptum est in instrumento stichus presens stipulatus est a titio presente. x. sibi dari. postea cum stichus agit ex illa stipulatione: dicitur q̄ ibi ambo non fuerunt presentes tempore interposite stipulationis vel alter tantum: ⁊ sic dicitur instrumentum esse falsum: quid debet presumi? Certe debet presumi q̄ ambo fuerunt presentes: nisi ille qui vult dicere q̄ ambo fuerūt absentes vel alter tantū fuit presens possit probare p testes omni exceptione maiores. Tex. optimam questiōem. ¶ Or segnori. dicit mihi aliquis vestrum. tu dixisti q̄ in. l. ista determinātur due questiones. ⁊ littera ista dicit optimam questionem in singulari? Respondeo. ideo dicit in singulari: quia primo ponitur vna questio: postea annectitur alia ei similis. Uel dicatis q̄ censetur vna: quia idem iuris est in vtraqʒ. Text. ⁊ si non per seruum. Hic incipit secunda questio. Text. ⁊ si inter presentes. Hic determinatur secunda questio. ¶ Or segnori in. l. ista no. ar. q̄ confinia terrarum ⁊ ciuitatum ⁊ territoriorūʒ plebatuuʒ probantur per scripturas factas inter alios. quia si in instrumento continetur q̄ seruus stichi stipulatus est: eoipso statur stipulatiōi. vnde si de finibus duarum ciuitatum dubitetur vel de territorijs: vtraqʒ pars nedum probat per testes: immo inueniunt omnia instrumenta que possunt habere facta in territorijs ciuitatum in quibus continetur actum in territorio tali. vnde presumitur esse in territorio illius ciuitatis: de quo in instrumento scriptuʒ est arg. s̄. de iure deli. l. si quis. ⁊. ff. de orig. iuris. l. ij. §. ijsdem. ⁊ ff. ad velle. l. seya. Est tamen argu. cōtra. quia res inter alios acta: nec alij obest nec prodest. ¶ Sed segnori in questione illa dicendum est q̄ scripture facte inter alios faciunt aliqualem presumptioneʒ: vnde probant cuʒ alijs indicijs ad instar priuatorum instrumentorum: vt. s̄. de proba. l. instrumenta. ⁊ ista. l. ad predictam questionem non facit: quia in. l. ista presumitur pro instrumento contra promissionem non contra aliam personam. Item no. si scriptum est in instrumento q̄ contrahentes sunt presentes: presumuntur esse psentes nisi probentur esse absentes. ⁊ ideo consilium est q̄ tabelliones in instrumentis dicāt. talis pone titius ibi presens stipulatus fuit a seyo: ibiqʒ presente dari sibi vl' fieri. vl' tales presentes sibi inuicem per stipulationem promiserunt vel inuicem contraxerunt tali die ⁊ tali loco sub annis domini. M. cc. ⁊c. Et ad hoc accedit. s̄. q̄ standum sit publice scripture quousqʒ in contrariuʒ non probetur: vt. s̄. de proba. l. cum precibus. Item no. si scriptum est in instrumento q̄ ambo fuerunt presentes. si vnus vult dicere se absentem fuisse: debet hoc probare per testes idoneos ⁊ omni exceptione maiores. vel per scripturam se absenteʒ fuisse. Potest dici q̄ hoc modo probabit instrumentū aduersarij mei. dicit q̄ die tali bononie promisi tibi. x. presens. ⁊ habeo aliam scripturam publicam qualiter eodem die coraʒ rectore prouincie coactus fui adesse ⁊ ibi litigare. ex hac scriptura derogatur alij scripture: ⁊ diuerse scripture possunt sibi adinuicem derogare: vt. s̄. de fide instru. l. diuerse. Sed dicit littera. melius probabit si probet per scripturam q̄ꝫ per testes. ergo erit hic casus in quo facit plus probatio p scripturam q̄ꝫ per testes contra regulā generalem: vt. s̄. de fide instru. l. in exercendis. Ad qd̄ potest dici q̄ h̄ est speciale sicut ⁊ alibi in multis casibus requiritur probatio per scripturam. vt cum quis asserit se maiorem per deum viuuʒ. vel cum quis vult probare solutionem census ⁊ similibus casibus quos ibi dixi. Uel potest dici q̄ ista. l. non requirit q̄ probetur per scripturam sed per testes: licet melius p scripturam. Sed quid erit? inueniuntur due scripture. in vna inuenitur q̄ promisi tibi tali die presens bonñ. x. in alia inuenitur q̄ titius eadem die rome promisit mihi. x. cui scripture magis stabitur? Et certe in examinatiōe iudicis est que scriptura verior sit: ⁊ que magis verisimile contineat. ⁊ hoc vel ex persona producētiū vel ex persona tabellionuʒ: qui dicūtur tali instrumenta confecisse. si hoc non pōt sciri q2 equalitas est hincinde in omnibus: neutri stabit vt ar. s̄. de fide instru. l. scripture. ⁊. ff. de reg. iur. l. vbi repugnantia. Sed ad. l. istam instatur ad finem qūo si instrumentum inuenitur q̄ hodie bononie tibi promisi: quomō probabo q̄ hodie fui tali loco per testes omni exceptione maiores vel p scripturā: cū editiones instrumentorūʒ habeant fieri sine die ⁊ cōsule: vt. ff. de eden. l. j. §. editiones. Ad qd̄ pōt dici q̄ instrm editur sine die ⁊ cōsule si instrumentum nō dicat falsum regulariter. sʒ si instrumentum dicat falsuʒ in die. tunc dʒ edicuʒ die ⁊ consule: vt. s̄. de fide instru. l. vlti. ⁊ insti. de inutili sti. §. itē verborū. Uel pōt dici q̄ editiones instrumentorum fiunt cuʒ die ⁊ cōsule de voluntate partiuʒ: quia hoc non est

vetitum. cum rigor iuris pactis cōtrahentium mitigari pos sit: vt. s. de tēpo. ap. l. vlt. in fi. ⁊ dixi vno modo sic. s. qui po. in pig. ha. l. scripturas. ⁊ ibi etiam alijs modis dixi. Sed do minus meus Jaco. Bal. dicebat diē instrumenti non esse edendum: siue instrumētum arguat de falso siue nō ne det materia falsum fabricandi: qd nō debet esse: vt. ff. queadmo dum testa. aperi. l. ij. §. diem. Et dicebat ipse q si hoc esset ve rum q dies esset edenda: si obijceretur falsitas in instrumē to. quilibet posset dicere: ⁊ sub illo pretextu daretur mate ria mali generandi: qd non debet esse: vt. ff. de pactis do. l. conuenire. sed consulebat ipse sic hoc casu reo vt faciat po sitiones actori ⁊ dicat. pono q instrumentum qd producis contra me: tali die boñ. me fuisse presentem ⁊c. xv. promisis se. si confiteatur: probet q eo die fuit rome vel alibi: per qd videatur instrumentum actoris veritate non niti. vel ponat ⁊ dicat. pono q tali die fui vltra mare. si confiteatur actor vl neget: videat reus quid oporteat. al's expediat ipsum pba re: vt liberet a petitione actoris.

Siquis. In. l. ista ponitur talis ca sus. Tu pmisisti mihi face re insulam cum morieris: valet ne talis sti pulatio? Dicebant veteres q non. Item q2 tempore mortis non posset facere insulam. ⁊ q2 videbatur inter eos actum q ista stipu latio non transiret ad heredes. sed dicit iusti. sicut si promit tis mihi. x. dare cum morieris: valet stipulatio: ⁊ teneris dare per te vel per alium: ita si promittis facere cum morie ris valet stipulatio: ⁊ heres tuus debebit facere. quia regu lariter stipulationes que consistunt in dando vel faciendo: competunt heredibus ⁊ contra heredes. ¶ Dr segnori in l. ista no. sensum spectari potius q̄ verba. ⁊ ad istud accedit ff. de contrahen. emp. l. si duo. ⁊ ff. de adimē. le. l. iij. §. condi tioni. ⁊ ff. de le. ⁊ se. cō. l. scire. ¶ Item no. q actiones ab he redibus incipiūt. ⁊ ad istud accedit. s. e. l. veteris. ⁊ s. vt act. ab here. ⁊ cōtra here. inci. l. j. ⁊ ff. de inuti. sti. l. post mortē. ⁊ insti. de leg. §. post mortem.

¶ De inutilibus stipulationibus.

Ex stipulatione. In. l. ista dici tur. Si ego impubes sine meo tutore actore promitto tibi aliquid dare vl facere: hec stipulatio est inutilis: quia impubes sine tutore auctore cum effectu obligari non potest aliquo mo do circa articulum istum ita distinguetis. cū impubes pro mittit: aut cum tutore, aut sine tutore. Si impubes premittit sine tutore: siquidem est infans vel proximus infantie: ipso iure nec ciuiliter nec naturaliter obligatur: vt. ff. de condi. inde. l. qd pupillus. ⁊ ff. de actio. ⁊ obliga. l. pupillus. Si autem est proximus pubertati ⁊ est doli capax. ⁊ promittit extraneo non tutori sine tutoris auctoritate: dixerunt Joā. ⁊ Azo quia etiam si habet tutorem: obligatur naturaliter tā tum: vt. ff. de mino. l. j. in fi. sed hoc non videtur bene dictum si enim pubes habens curatorem cuē promittit extraneo nō obligatur naturaliter sine curatore: vt. s. de in integrum re sti. l. si curatorem habens. multofortius nec impubes ha bens tutorem si sine tutore promittit nec naturaliter nec ci uiliter obligatur; vt. s. de noua. l. j. in fi. Fallit cum impubes qui habet tutorem est locupletior: quia tunc obligatur qua tenus est locupletior: vt. ff. commo. l. iij. in prin. ⁊ ff. ad. l. fal. l. si pupillus. Item fallit cum dolus committitur: vt. ff. de posi. l. j. §. an in pupillum. Si autē impubes promittit tuto ri: tunc nec naturaliter nec ciuiliter obligatur: vt. s. de au to. pres. l. pupillus. Si autem impubes promittit tutore au ctore obligat naturaliter ⁊ ciuiliter: sed lesus pōt restitui: vt s. si tutor vel curator interue. l. etiā. ⁊ l. etiam. Si autem pu bes promittit: obligatur si curatoris auctoritate promittit. sed lesus potest restitui. Si autem promittit sine curatoris auctoritate: non obligatur naturaliter vel ciuiliter. vel obli gatur naturaliter sed quo ad effectū nō intelligitur obliga tus ciuiliter: vt in preallega. l. si curatorem

Libera matrimonia. Dr segnori. s. l. pxi. est positus vn9 casus in quo inutilis est stipulatio ratione perso ne: hic ponitur alius casus in quo inutilis est stipulatio ratione facti. Et est casus ta lis. Pone stipulor ab vxore mea q a me nō liceat sibi diuer tere. ⁊ si diuerteret. stipulor penā vel econtra ita stipulatur a me. nūquid valet ista stipulatio? Certe nō: q2 mrīmōia dēbēt esse libera ⁊ absoluta a vinculis penarum: ⁊ in ōhendo ⁊ in dissoluēdo: q2 talis stipulatio est ō bonos mores: cum mrī monia debeant esse libera ⁊ absoluta a vinculis penaruē ⁊ in ōhēdo ⁊ in dissoluēdo. ⁊ ad istud accedit. s. de spōsa. l. vl. in fi. ⁊ ff. de ver. ob. l. si diuortio. ⁊ l. titia. in prin.

Et inter absentes. Se gno ri. s. habuistis duos casus in quibus inuti lis est stipulatio ratione psone vel facti. hic ponit ali9 casus in quo iutilis est stipulatio. Pr vel mr p filia sua dedit dotē ⁊ pactus est ita cū genero: q si filia pdecederet in mrīmonio: q certa ps dotis deberet remanē apud generū: ⁊ certa ps dotis de bēt restitui nepoti dātis dotē: vel iuliano cuidā extraneo: si nepos nō esset in rebus humanis. Mō querit si moriatur filia nepote dātis dotē nō existēte in rerū natura an iuliano detur actio? Et rñdet q nō dabitur ei actio. sicut enim inter absentes nō pōt cōtrahi stipulatio: ita ⁊ si stipulor alteri cu ius iuri nō sum subiectus vel qui nō est in potestate mea nō pōt cōtrahi stipulatio. ⁊ iō illa stipulatio nō tenuit in perso na iuliani: q2 absens erat. denuo in persona patris vel mrīs nō tenuit: q2 nō voluit sibi stipulari. Tex. vt. i. sicut. Tex. iter absentes ⁊c. ¶ Segnori nota hic q absentes dicuntur hi qui sunt remoti: ita q inuicē se exaudire nō pnt: vt insti. eo. §. item verborum. ⁊ §. itē inutilis. ⁊ ff. de verbo. oblig. l. j. in prin. sed quātum ad pscriptionē dominij dicūtur absentes qui sunt in alia puincia: vt. s. de lōg. tēpo. prescrip. l. penul. ⁊ vlti. Item quātum ad cōstōnem pcuratoris dr pns qui in hortis est vel in ciuitate: vt. ff. de procu. l. iij. cum. l. se. Text. nisi sua intersit nemo stipulari pōt. q2 regulariter alteri sti pulari non possumus: vt insti. de inuti. stipula. §. alteri. ⁊ ff. de verborum obliga. l. stipulatio ita. §. alteri. ¶ Not. q nō possum alteri stipulari. ⁊ si stipulor alteri ⁊ mea nō interest: nec ille agit ex mea stipulatiōe. ex persona mea: quia alteri stipulari nō potui. nec ex sua persona: quia absens fuit. nec ego: quia mea non interest. sed si mea interest: valet stipula tio: non vt illi detur actio: sed mihi. ⁊ ad istud accedit. ff. de verbo. obli. l. liber hō. in fi. ⁊ l. stipulatio ista. §. si stipulor. cū l. se. ⁊ ff. de solu. l. vero procuratori.

Ex eo. Segnori i. l. ista ponit talis casus in quo inutilis est stipulatio. Si sti pulor a te q facias me hēdē. ⁊ si nō facies sti pulor a te penā. ista stipulatio nō valet: q2 cō tra bonos mores iterponitur: cū omnia que cōtra bonos mores deducunt in pacto: in stipulatione nul lius momēti sunt. Tex. cōtra bonos mores de successiōe fu tura. que est cum paciscor vt succedā patri meo vel vt non succedā: vel vt certo mō succedā. ⁊ ad istud accedit. s. de pa ctis. l. pactū. ⁊ l. de qōne. ⁊ s. de col. l. pactū.

Dolo vel metu. In. l. ista di citur. Si do lo vel metu inducis me vt promittam tibi. x. de rigore iuris valet pmissio: ⁊ ex ista pro missione cōtra me pmissorem nascitur actio. sed de equitate repellā te excep. doli vel me tus. Tex. debet. sed ⁊ potero agere qd metus causa vt libe rer ab illa promissione: vt. ff. qd metus causa. l. metum. §. sed qd pretor ait. sed actiōe de dolo nō ago: q2 odiosa est ⁊ subsi diaria ⁊ non dat ex quo possum me p exceptionem tueri: vt s. de dolo. l. vlti. Vel pōt dici q licet alia exceptio excludat actionem de dolo: non tamen doli exceptionem vt. ff. de do lo. l. ij. in prin. ¶ Et nota aut pmittitur turpe: aut turpiter. Si promittitur aliquid turpe: vt pmitto tibi adulteriuē vel homicidiū

homicidium perpetrare:non valet ista promissio quasi im/possibilis sit de iure:vt.ff. de verbo. obligatio.l. veluti.7.l. generaliter.7.l.si plagij.Si autem promittitur aliquid turpi ter:puta promitto tibi.x.dolo vel metu tuo interueniente: siquidem est ex contractu stricti iuris vt stipulationis: valet de rigore iuris:sed obliga.excep.vt hic. Sed si contractus esset bonefidei 7 dolus dedit causam contractui: ipso iure non valet:vt.ff.de dolo.l.eleganter.in principio.7.ff.de mi/no.l.in cause.iij.in prin.

Si auia. In.l.ista di.Si auia mea mu tuauit tibi.x.7 stipulata fuit ti bi.x.7 eustolio dari:ista stipulatio in psona eustolij inutilis est:quia alteri stipulari vel pacisci non potuit:si non est suo iuri subie/cta verũtamen si auia mea adiecit illũ eusto/lium vt ipse stipularetur sibi.si ille eustolius suo nomine sti/pulatus est:ex illa stipulatiõe sibi acquirit actionem. Tex. querere potuit.sub.nisi nostra intersit:vt.s.e.l.vt inter ab/sentes.vnde in dimidia parte.s.in.v.de persona auie tenuit stipulatio:sed in persona eustolij inutilis fuit: vt. ff.de ver/bo.obligatio.l.si mihi 7 titio.in prin.7.l.eum qui ita stipula tur.in prin.7 insti.e.ti.§.ꝗ siquis.sed pro illis quin remãsit auie actio ex numeratione:vt.ff.si cer.pe.l.certi conditio.§. quoniam.7.s.de contrahen.7 commit. stipula.l.iij. Secus est in contractibus bonefidei: vt in emptione que si sic fiat: fundus ille sit emptus mihi 7 titio:persona titij pro sua por tione vacua habetur.vnde portio totius fundi ad me perti/net:vt colligitur in.l.fundus ille.ff.de contrahen.emp.7 vẽ. Et est ratio.quia venditio est contractus bonefidei 7 fauora bilis:7 ideo prorogatur.sed stipulatio est contractus stricti iuris:7 ideo artatur.nam prorogant̃ contractus bonefidei: artantur contractus stricti iuris:quia in contractibus bone fidei veniunt ea de quibus non est actum vl' cogitatũ.in cõ/tractibus stricti iuris veniunt ea de quibus est actum vt ve/niant 7c.7 in.l.illa expediebat venditori venditionem vale/re:7 emptori emptionem valere.sed in hac.l.7 si expediebat mihi stipulatori omnia decem mihi reddi:non tamen pmis/sori:immo obest.7 ita scripsit dominus Azo quia hec erat ratio super.l.si mihi 7 titio.Sed mihi videtur melior alia ra/tio:si dico tibi.fundus ille esto mihi 7 titio emptus.tu di/cis esto mihi 7 titio emptus.in totum tenet venditio quãtuz ad personam meam:ne si teneret pro parte habeam te inui/tum socium 7 tu me:qđ est contra.l.supra communia pre.l. fin.7.ff.de conditio.indebiti.l.si non sortem.§.si tibi centuz. sed in hac.l.in.v.de persona eustolij non valet:quia nõ pos/sum alteri stipulari vt dictum est.nec hic habet locum illa ratio:quia in summis non cadit communio licet in corpora libus:vt dicitur.ff.si cer.peta.l.nam 7 si fur.in fine.

¶ De duobus reis stipulandi vel promittendi.

¶ Supra de contrahenda 7 committenda stipulatione di/ctum est vobis de vtilibus stipulationibus.verum quia vti/li stipulatione plures 7 duo rei stipulandi 7 debendi pos/sunt fieri: ideo dicit rubrica de duobus reis stipulandi 7 promittendi:qualiter vtili stipulatione fiant plures rei sti/pulandi 7 promittendi. No.ꝗ quidam habent in rubrica. de pluribus reis stipulandi.7 bene.quidam habent.de duo bus reis stipulandi 7 promittẽdi.7 similiter bene stat quia pluralitas duorum numero contenta est:vt.ff.de testi.l.vbi. vnde duo rei stipulandi sunt plures. Et dicuntur plures rei stipulandi:qui eandem rem 7 ex eadem causa stipulan/tur. Nam sicut dicitur reus stipulandi qui rem suam dari vel restitui stipulatur:ita dicitur reus promittendi qui rem promittit: vt.ff.e.l.j.ita dicuntur plures rei stipulandi qui stipulantur eandem rem ex eadem causa. Et dicuntur rei duobus modis. Et vno modo criminosi dicuntur rei a rea/tu idest a crimine non a re:vt supra de pcura.l.reum.7 infra de accu.l.reos.Secundo modo dicitur reus ille qui conue nitur ciuiliter.7 iste reus nuncupatur fungitiuus: vt.s. de iudi.l.properandum.§.finautez.7 dicitur reus promissor a rei quam promittit.7 sic sumitur hic 7 in toto isto titulo.ff.e.

Creditor. In.l.ista ponitur talis casus. Quidam accessit ad imperatorem: Domine imperator ego 7 titius communiter mutuam pecuniam acce/pimus.creditor qui nobis mutuauit me so/lum insolidum cõuenit.nunc quero a vobis. Et primo quero an creditor qui habet duos reos promittẽ/di possit vnum quem velit insolidum conuenire? Secundo quero.si fui insolidum conuentus 7 solui:vtrum habeã ali/quod auxilium contra titium correum? Ad primum respon det imperator dicens.amice nulla dubitatio est ꝗ creditor qui habet duos reos promittẽdi non potest prohiberi quin possit conuenire insolidum quem velit. Ad secundum ita respondet imperator.si fuisti insolidum conuentus 7 insoli/dum soluisti:adeas presidem prouincie 7 ipse non dubita/bit:vt si soluisti solidum: quin possis recuperare partem a titio cum quo communiter mutuo accepisti pecuniam. hoc dicit ista.l. Text.non potest.sub.de iure nec auctoritate re/scripti imperialis:vt.j.l.proxima.Tex.exigere debituz.sub. a quolibet reorum insolidum:quia creditor habet electio/nem vel velit conuenire vtrunqz vel alterum tantum. tamen facta solutione ab vno:alter liberatur:vt colligitur.ff.de eo per quem factum erit.l.j.§. plures.7 quia bonafides non patitur:vt bis idem exigatur:vt.ff.de regulis iuris.l. bona/fide.Text.a quo velit.sub.insolidũ.7 ideo infert ex genere in speciem.Tex.te.s. correum debendi. Text. conuentum. hic facias punctum.Text.insolidum exsoluisse.vel punctu abis sic.7 ideo si probaueris te conuentum insolidum ex/soluisse.Text.aduersus eum.s.correum. Text.non cuncta/bitur:idest non dubitabit. sub.adiuuare te vt totam pecu/niam soluat correus:vel vt partem recuperare valeas vt.j. dicam plene. ¶ Or segnori circa.l. istam est insistendum. nam vos habetis hic vt dixi in casu in principio huius.l.7 ad istud accedit.s.si certum petatur.l.si non singuli.7.j.e.l. pap.7.ff.commo.l.si vt certo.§.si duobus in fin.7.l.sequen/ti.7.ff.depositi.l.j.§.si apud duos. Item habetis in fin.hu/ius.l.si vnus ex correis solidam pecuniam soluat. contra correum pro quo soluit habet auxilium:idest actionem pro socio si sunt socij.vel cessaz:si fuerit cessa a creditore.vel mã dati:si actum inter eos fuerat ꝗ vnus pro altero fideiube/ret vt.j.plenius dicam.7 ad istud accedit.ff.de fideiusso.l.si fideiussoribus.7.ff.de tu.7 ra.dis.l.j.§.nunc tractemus.7.s. de diuidẽ.tu.l.ij. Sed circa materiã istam subijciam duas questiones principaliter: ex quibus materiam istam 7 to/tum istum titulum 7.ff.eo.intelligetis. Et primo quero ita. si sunt duo rei promittendi: videntur ne inuicem fideiube/re? In questione ista fuit multiplex opinio. Fuit vna opinio domini Martini.Secunda domini Bulgari. Tertia opi/nio fuit domini Joannis. Quarta fuit domini Azonis.Et in questione ista dixit dominus Martinus cum suis sequa cibus ꝗ duo rei debendi videntur inuicem fideiubere. Et hanc suam opinionem primo probat tali ratione.sicut etiaz pactum factum cum reo prodest fideiussori:vt.ff.de pac.l. 7 heredi.§.si.ita pactum factum cum reo prodest alij correo ff.de pactis.l.idem.Item hanc suam opinionez probat alia ratione.nam sicut iusiurandum prestitum ab actore prodest fideiussori:vt.s.de iureiur.l.duobus. ita iusiurandum de/latuz ab vno correo alij prodest:vt.s.de iureiur.l.duobus. §.ex duobus. Item hanc suam opinionem probat alia ra/tione.sicut acceptilatio facta reo prodest fideiussori:vt no. ff.de acceptila.l.ex pluribus.ita facta vni correo pdest alij: vt.ff.de duobus reis.l.ij. Item hanc suam opinionẽ pro/bat alia ratione.sicut exceptio non numerate pecunie com. petit reo 7 fideiussori:vt.s.de non nume.pecu.l.tam manda tori.ita in duobus reis: vt infra.e.l. proxima. Item probat hanc suam opinionem alia ratione.sicut pater tenetur de in rem verso si filiussa.fide iubet pro eo:vt.ff.de in rem verso.l. si pro patre in principio.§.vltimo.ita si non fideiubet: vt.ff. de in rem verso.l.si pro patre.§.versum.Item hanc suã opi nionem probat alia ratione.sicut mulier vtitur exceptione velleyani senatuscõ:vt.ff.ad vel.l.j.ita si constituit se p alio soluturam vel intercedit pro alio: vt.ff.ad senatuscõ.velle.

.vir vxori.§.mulier.τ titius.in fine.τ.l.sequenti.Item dice/ bat ipse quid plura. leges sunt expresse pro hac opinio.in auctentica.de duobus reis.in princi.τ.ff.eo.l.reos.¶Sed domino Bul.τ suis sequacibus visum est contrarium. sci/ licet ꝙ non videntur duo rei inuicem fideiubere. Et hanc suam opinionem probat tali ratione.ecce si duo sunt rei de/ bendi. vnus potest obligari pure:alius in diem: vt insti. de duobus reis.§.vlti.sed fideiussor non potest obligari pure: reus sub conditione:vt insti.de fideiussoribus.§.item si ille pure.Item probat hanc suam opinionem alia ratione. ecce vnus correus non potest compensare qd alij debetur: vt.ff. de duobus reis.l.si duo.sed fideiussor sic. vt.ff. de compen. l.siquid.Item probat τ alia ratione.ecce sententia lata con tra vnum ex correis alij non prodest:vt colligitur in.l.ff. de argu. si duo.sed lata pro reo prodest fideiussori: vt nota.ff. de excep.l.exceptiones.§. rei. Item probat τ alia ratione. ecce si reus succedit fideiussori:tollit fideiussoria obligatio: vt.ff.de fideiusso.l. heres.§. ꝙ seruus. sed si vnus correus succedit alij correo:nõ tollitur pro parte actio.vt.ff.de fide/ iusso.l.vrannius. Item dicebat ipse pro hac opinione est lex expressa.ff.ad vell.l.vir vxori.§. mulier.in prin. Nõ ob/ stat dicebat dominus Bulga. ꝙ duo rei debendi altera fideiussione tenentur.quia illud verum est:si nominatim con ueniat.¶Domino tamen Joanni τ suis sequacibus visuꝫ est contrarium.τ hec fuit tertia opinio: τ dixit. in pluribus reis debendi ꝙ vnus non videtur fideiubere pro alio:si nõ sunt socij.τ ideo si vnus soluit solidum: nõ recuperabit ac/ tione mandati a correo:nisi hoc actum esset:sed actione ne/ gociorum gestorum.sicut si fideiubeo pro absente τ soluo: vt.ff.mandati.l.ex mandato.§.j.τ.l.qui fide.Sed si sunt duo rei debendi eiusdem obligationis τ contraxerunt societa/ tem inuicem:fideiubere videtur.τ si vnus soluit. recuperat ab illo actione pro socio.τ nihilominus mandati: quia vi/ dentur adinuicem fideiubere.τ pro ista sua opinione indu/ cit.ff.de fideiussoribus.l.vrannius.τ.ff.de arbi.l.si duo.τ.ff. siquis cau.l.si duo. Et dicebat ꝙ non obstãt.ll.allegate pro opinione domini Marti.quia illud est intelligenduꝫ si sunt socij:τ non aliter: cum promptum sit leges legibus concor dare:vt.ff.de inoffi.do.l.vna.¶Quarta fuit opinio domi/ ni Azo.τ verior:τ ita scripsit in summa huius tituli in fine: licet perquam breuiter. τ ita dixit. Si duo sunt rei promit/ tendi: si ad vnum solum peruenit pecunia ad alium non: is ad quem non peruenit pro eo ad quem peruenit videtur fi/ deiubere. verbigratia.duo sunt scholares: τ pecunia tota die peruenit ad vnum:hic ille ad quem peruenit est reus al ter fideiussor:sed si pecunia pariter peruenit ad vtrũqꝫ:qui/ libet eorum de eo quod ad se non peruenit videtur fideiu/ bere. τ idem est si plus peruenit ad vnum q̃ ad alium.nec potest dici ꝙ sit societas vel ꝙ sint socij his casibus licet cõ muniter se obligent cum in communes vsus eam non con/ uertant.sed de eo qd ad se peruenit non videtur fideiubere: quia nemo pro seipso fideiussor existere potest:vt.ff.de fide/ iussoribus.l.prima.τ.l.penultima. τ colligitur.ff.ad velle/ yanuꝫ.l.tutor.in principio.Et pro ista sua opinione faciunt tres leges expresse.que videntur velle ꝙ vnus obliget se pro alio quatenus ad eum non peruenit.vt.ff.ad velleya/ num.l.vir vxori.in fine.τ.l.sequenti. τ.ff.de in rem vers.l.si pro parte.§.vltimo.τ.ff.ad mace.l.idem si filius.§.j.τ ita ap paret que sit vtilis vtrum duo rei videantur inuicem fideiu/ bere vel nõ. quia soluta est illa questio qua queritur.si vnus correus soluit: qua actione repetet vnus ab alio. quia si solidum soluit:recuperat actione mandati id quod ad eum non peruenit:quia videtur recepisse mandatum de soluen/ do:vt argu.ff.manda.l.ex mandato.§.j.τ.l. qui fide.sicut ille qui pro alio fideiussit:videtur recipere mandatum de solue/ do:vt.ff.de conditio.indebi.l.indebitum.sed si ille soluit ad quem tota pecunia peruenit:non potest aliquid recuperare quia solidam pecuniam pro seipso videtur soluisse. sed si pecunia peruenit ad vtrunqꝫ:si quilibet soluit partem suaꝫ neuter ab altero recuperabit.sed si vnus soluit solidum:pu ta.x.non recuperat.quia soluit pro sua parte.alia.v. recupe/

rat a correo actione mandati quia ẜm opinionem Martini inuicem fideiubere videntur: vt argu.huius.l.τ.s̃. manda/ l.rem.sed vbi non videntur inuicem fideiubere. ẜm opinio nem Bulga.recuperat actionem negociorum gestorum: si eius contemplatione fuit solutuꝫ.vt.ff.de nego.gesto.l.si pe cuniam.al's non nisi actio cessa fuerit: vt.s̃.loca. τ conduc. l.si diuisa.¶Sed quid erit?conuenitur vnus ex reis deben di insolidum: τ dicit creditori. cede mihi act. contra cor/ reum.nam certum est ꝙ creditor tenetur cedere ei:vt.ff. mã dati.l.papinia.τ.ff. de fideiusso.l.fideiussoribus. sed cedet ei actionem insolidum an pro parte?verbigratia.ponamus duo sunt rei debendi in centum.vnus soluit centum.ceden tur ei actiones in centum an in quinquaginta tantum?Uel ponamus ꝙ tres sunt rei debendi obligati in.xxx.vnus cõ uentus est insolidum quod fieri potuit vt hic dicitur cum suis similibus: τ soluit.xxx.cedentur ei actiones in.xxx. cõ tra alios insolidum:an in decem cõtra quemlibet aliorum? Et in questione ista fuit opinio.Et dixerunt quidam ꝙ inso lidum ceditur ei actio contra correum vel correos:quia de/ bet esse melior conditio illius qui primo soluit.arg.s̃. de re iudi.l.inter eos.Item pro istorum opinione videtur esse ar/ gumen.ff.de fideiusso.l.fideiussoribus.τ.ff.de tu.τ ra.distra. l.cum pupillus.τ.ff. de administra. tuto.l. si plures.τ.ff. de solutio.l.modestinus. ¶Sed eis opponitur.nam istud est mirabile.duo accipiunt mutuo centuꝫ.τ ad quemlibet per/ uenerunt quinquaginta.si vnus soluit centum: si ceditur ei actio in centum:lucrabitur hic si debet exigere a correo cẽ tum:cum quinquaginta ad eum peruenerunt. Et idem erit si sunt tres rei debendi qui acceperunt mutuo triginta: τ vnus soluit triginta. si cedentur ei actiones in triginta. lu/ crabitur decem cum ad eum peruenerunt decem.τ ideo nõ debet audiri:quia est de preda sollicitus: vt argumen.ff. de administra.tuto.l.si minoris.τ.s̃.de vsuca.pro emptio.l.vlt. τ quia natura equum est neminem cum aliena iactura locu/ pletari:vt.ff.de condi.indebi.l.nam hec.Ad qd respondent ipsi.iste fuit grauatus in vno licet accepisset mutuo cuꝫ alio centum τ quinquaginta ad eum peruenerint vel triginta τ decem ad eum peruenerũt:ipse enim grauatus fuit in hoc: dum insolidum est conuentus τ insolidum exactus: vnde releuatur in alio vt insoliduꝫ cedantur ei actiones non de/ ducto illo qd ad eum peruenit.quia plerunqꝫ qui grauatur in vno.in alio subleuatur:vt.ff. de iureiur.l.euꝫ qui. in prin. τ ita qui passus est iacturam ab initio patietur vtilitatem ex postfacto.iuxta id. Grata superueniet que non sperabitur hora.Sic τ alibi econtra est inuenire qui habet commodũ in principio : habet malum in fine. iuxta illum quod dicit salomõ. Extrema gaudij luctus occupat. Et est inuenire si/ mile:vt in.l.cõtraria que dicit.si seruus tuus fecit mihi fur/ tum τ titio dedit damnum: tu teneris mihi furti noxali ti/ tio.l.aquil.noxali.si ego conuenio te furti noxali τ titius cõ uenit te.l.aquil.noxali:melior erit cõditio occupantis.idest eius qui primo ad sententiã peruenerit: vnde si primo per/ uenit ad sententiam: mihi tradetur seruus a te. τ tu absol/ ueris a petitione titij.modo habeo in principio bonam for tunam.nam ille titius quid faciet?conueniet me.l.aquil.no/ xa. τ aduocabit a me illum seruum: quia noxa caput sequi tur.τ sic habeo in fine malam fortunam: vt ista probantur ff. de noxa.l.siquis a multis.τ etiaꝫ.ff.si ex noxali causa aga. l.j.in fi.τ.l.sequen.Alij voluerunt dicere.si ego τ titius ac/ cepimus mutuo centum τ solui cẽtum: mihi actio ceditur pro parte virili.scilicet pro.l.Uel si tres rei debẽdi fuimus ceditur mihi actio pro.xx.ne sim de preda sollicitus τ locu pletarer cum aliena iactura quod esse non debet: vt.s̃. di/ xi.τ pro istorum opinionem est argumen .ff. de pecu.l. que/ sitũ.§.ij. τ probatur.ff.de tuto. τ ra.distra.l. si ex pluribus. ¶Sed segnori in questiõe ista vos ita dicetis.si accepi mu tuo cum titio centum.si nihil ad me peruenit: sed solida cẽ/ tum peruenerunt ad titiuꝫ.sicut tota die videmus in schola ribus τ militibus contrahentibus: quia peruenit pecunia ad vnum solũ.sicut actionem mandati habeo contra eum in centum.vt supra in alia questione dixi.ita est mihi actio ce/ denda

denda contra cum insolidum idest in centum. ꝛ idem est si si plures acceperunt triginta mutuo.ꝛ sic potest intelligi.ff. de fideiusso.l.fideiussoribus. Si autem pecunia peruenit pariter ad quemlibet.sicut habeo act.mādati quatenus ad eum peruenit:ita cedetur mihi actio quatenus ad eum peruenit.vnde si solui pro dimidia vel pro tertia:cedetur mihi actio pro illa dimidia vel pro tertia que ad euȝ peruenit:nō autem insolidum.ꝛ hoc illa ratione: quia non debeo locupletari cum aliena iactura:ꝛ non debeo de preda esse sollicitus vt dixi.s̄.Si autem ad me peruenit solida pecunia ad titium nihil.si cōuentus solui insolidum: creditor non cedet mihi actionē:qꝛ nihil possum recuperare ab eo ad queȝ non peruenit actio mandati:immo si ipse soluisset: haberet actionem mandati contra me.ꝛ dolo facit qui petit quod restituturus est:vt in.l.condemnatione.ff.de regulis iuris.§. dolo.Alij dixerunt ꝙ cedetur mihi actio insoliduȝ indistincte:sed obstabit mihi exceptio doli quatenus ad euȝ non ꝑuenit:vt.ff.de doli excep.l.j.§.si quis. Sed in dubio quid presumemus?duo acceperunt mutuo pecuniam ponamus deceȝ nescimus pro qua parte peruenit ad quemlibet.Certe in dubio presumam ad quemlibet peruenisse pro virili portione:quia in dubijs non est recedendum a verbis : vt colligitur.ff.de exercitoria.l.j.§.si is qui nauem.ꝛ.ff.de leg. iij.l.non aliter.ꝛ pro hoc facit.ff.de administra.tuto.l.si filiꝰ. al's.l.cum plures.ꝛ argu.ff.de pecul.l.quesitum.ꝛ.ff. de tu. ꝛ ra.distra.l.pupillus.❡ Or segnori super.l. ista habetis aucten.vnam que incipit. Hoc ita si pactum ꝛc. vnde videatis eam.

Hoc ita si pactum.

Cum salutatus esset. In. l. ista dicit̃. Quidaz iul. nomine cõmisit falsuz dolo malo: ꝑꝑ qđ fuit perpetuo in in/sulam deportatus. dũ iste iul. esset in depor/tatione imperator antonius iuit ad illã insu/lam. dum in traret insulam illam prefecti pretorio venerunt obuiam imperatori antonio ꝛ salutauerũt eum. hoc facto su/peruenit elius vlp. qui illius isule erat legatus ꝛ obtulit im/peratori antonio illum iul. cum insula nigerrima ꝛ cum bar/ba maxima ꝛ dixit imperatori antonio. videatis domine. hic est iulianus qui in hanc insulaz est deportatus miserere eius vt dominus misereat̃ vobis. imperator antonius respexit iu/lianum ꝛ dixit. restituo te in inte. iulianus incepit gaudere ꝛ incepit reuerti. imperator antonius vocauit ꝛ dixit reuerta/ris huc. si iste iul. gauisus erat de verbis dimissorijs: trista/tus est de verbis reuocatorijs. ꝛ imperator antonius dixit. o iuliane dixi tibi ꝙ restituo te in integ. secundo dico tibi ꝙ te restituo. sed scis tu quid vult hoc dicere? dixit Julianus cer/te non. dixit imperator. hoc est dicere restituo te honoribus ꝛ bonis. Tex. cuz salutatus esset. sub. imperator ingressus insulam. ꝛ ita colligitur hic argu. ad vnum quod non bene seruant scholares. nam quando ipsi obuiant doctori ipsi ex/pectant ꝙ doctor eorum salutet eos: sed non bene faciunt. nam ſm bonos mores inferioris est salutare superiorẽ. vnde ideo tractamus de operibus obsequialibus: vt libertus sa/lutet patronum: vt. s. de obsequi. l. j. Tex. clarissimis viris. idest clarissime dignitatis. quia prefecti pretorio ꝛc. non sunt clarissimi: sed illustres vt. s. de offi. prefec. preto. l. vltima. ꝛ in aucẽ. de ap. ꝛ intra que tempora. §. nullo quoq3. ꝛ dixi. s. de epis. ꝛ cleri. l. raptores. sed ipsi sunt clarissime dignitatis: vt s. ex quibus cau. infa. irro. l. ꝛ si seuerior. Tex. item amicis. s. imperatoris. Tex. ꝛ processisset. sub. imperator aliquãtuluz. Tex. in insulaz deportatus. sub. ob falsum dolo cõmissuz. q2 hec est pena falsi vt in insulam perpetuo deportetur. vt. ff. ad l. cor. de fal. l. j. in fi. Tex. ab elio Juliano tunc legato. sub. il/lius insule. ꝛ legatus insule est preses prouincie. ꝛ sic legitur ff. de offi. pre. l. j. ꝛ. l. legatus cesaris. Tex. dixit. sub. hec ver/ba que sequuntur. Tex. vt autem scias. sub. o Juliane. Tex. honoribus. sub. poribus. Tex. i. omnib⁹ ceteris. idest bonis que ante habebas. ¶ Or segnori vos i. l. ista colligetis tria no. Primo no. cum imperator restituit aliquẽ in inte. redu/cit eum omnino in pristinum statum restituendo eum priori/bus honoribus ꝛ omnibus bonis: q2 verbum restituere ꝛc. vt. ff. de vsur̃. l. videamus. ij. §. in fauiana. ꝛ colligitur. ff. de rei vendi. l. preterea. ꝛ. l. ex diuerso. ꝛ quia restituere in integ. est principis beneficium: vnde largissime est interpretandum. vt. ff. de consti. prin. l. j. ꝛ ad istam. l. concor. ff. de verbo. signi. l. princeps. ꝛ. ff. de postu. l. j. §. ait. secus est si imperator in/dulget alicui veniam pene: quia solũmodo liberat eum a pe/na: sed prioribus honoribus nõ reddit: vnde non desijt esse infamis. vt. s. de genera. aboli. l. vltima. ꝛ. j. eo. l. proxi. sed vbi quis restituitur in integ. infamia remittitur: vt. s. de nupt. l. imperialis. §. sed ꝛ si tales. ꝛ. ff. de postu. l. j. §. pe. ꝛ. l. de qua re. ꝛ. s. ad tre. l. siqua. ꝛ. j. e. l. vl. ¶ Itẽ no. hic tria sunt paria

restituo te in integ. vel restituo te ad omnia. vel restituo te: q2 si imperator dicit. te in inte. restituo te. videt restituere in pristinum statum: q2 restitutio ꝛc. vt. ff. de mino. l. ꝙ si minor. §. restitutio. Item si dicit imperator restituo te ad oia: vñ restitui in pristinum statum. q2 qui omnia dicit: nihil excipit: vt. s. de bo. lib. l. j. Itez si imperator dicit restituo te: q2 principis est restituere. vñ latissime est interpretãdum.

Um patrem. In. l. pñti rñdet imperator interroganti: vt patet ex. l. subscriptione. Et in. l. ista ponit talis casus. Accessi ad principez dñe pater meus ob crimen a se perpetratuz fuit in metallũ dãnatus: vel in opus metalli: ꝛ sic per ꝯsequens bona sua merito fuerũt a fisco occupata. postea dñe imperator vos cõcessistis ei indulgentiam illius pene. nunc quero a vobis: nũquid patri meo bona erunt restituenda? Respondet imperator ꝙ nõ. ꝛ hoc est verum: nisi super bonis speciale beneficiũ a nobis fuerit impetratum ꝛ concessum. Tex. cum patrẽ damnatũ in metallum. sub. vel in opus metalli. Tex. occupata sunt. nam cum quis dãnatur in metallũ: patitur maximam capitis diminutionẽ: vñ perdit bona: q2 efficit seruus pene: vt. ff. de capi. di. l. vlti. vñ sicut liber homo nõ habet peculiũ: ita seruus nõ habet bona: vt. ff. de verbo. signi. l. liber homo. Tex. ꝙ ex indulgẽtia. i. ex pene remissione. vel dicatis ꝙ ex indulgentia. s. generali. Tex. super h. i. super bonis recuperãdis. Tex. fuerit impetratũ. sub. ꝛ indultum a principe. ¶ Unde not. si imperator indulget alicui penam: bona non recuperat: nisi hoc imperator specialiter adiecisset: vt. s. de generali aboli. l. vltima. ꝛ. j. eod. l. generalis. secus si imperator diceret restituo te in integruz: vt. s. l. proxi. dixi.

I debitor. In. l. ista dicunt tria principaliter. Prio dicitur si tu eras debitor titij in. c. ꝛ fuisti ob crimen publicũ perpetuo in insulam deportatus: per quãdam ꝯsequentiam bona sunt tibi adempta. vñ tu debitor exulas nudus. vnde non teneris titio rñdere: sed fiscus. verũtamen si imperator restituit te in integ. vñ tibi remittere penam deportationis ꝛ bona restituere: ꝛ iõ titio teneris insolidũ. Scdõ dr. si imperator diceret restituo te sed nolo te habere omnia bona tua sed partẽ. certe pro qua pte reddunt tibi bona: pro eadẽ parte teneris titio rñdere. Tertio dr. si tu debitor titij non fuisti deportatus: sed q2 oia bona tua erant fisco obligata: ꝛ q2 fisco non satisfaciebas: fiscus occupauit oia bona tua: pp talem occupationẽ a fisco factã tu ꝛ fideiussores tui nõ liberamini a fisco: ꝛ iõ fiscus te ꝛ tuos fideiussores poterit cõuenire. Tex. secuta est. sub. tacite: vt. s. si ap. pen. mor. fuerit. l. vlti. Tex. liberatus est. sub. ne teneatur pro illa parte bonorum quã non accepit. Tex. partem. sub. quotam: puta dimidiam. quia appellatione partis: dimidia continetur: vt. ff. de verbo. signi. l. nomen filiarum. §. portionis. Tex. ꝙ si. Incipit tertium dictuz. Tex. sunt. sub. quia iste erat debitor fisci: ꝛ non soluebat. Tex. obligatas. sub. ꝛ ideo tenebitur ppriis creditoribus insolidum respondere. ¶ Or segnori in. l. ista no. si debitor qui habet creditorem in. c. deportatur in insulam: nudus exulat non tenetur creditoribus respondere: sed fiscus qui successit ei in bonis: vt. ff. de capi. dimi. l. tutelas. §. fi. Similiter si bona confiscarentur pro parte: pro parte liberatur: ꝛ pro alia parte tenetur respondere creditoribus: vt. s. de fideiusso. l. j. Si postea debitor restituitur in integrum: recuperat omnia bona ꝛ in eum restituuntur actiones contra eum: quia verum est vt quem sequitur emolumentum: ꝛ onus: vt. s. de furtis ꝛ seruo corrupto. l. vltima. §. sed cum in secundam. Si autem restituitur cum quotta parte bonorum pro eadem parte respondet creditoribus: vt ita quid iuris sit de toto quo ad totum: idem iuris sit de parte quo ad partem: vt. ff. de rei vendi. l. que de tota. Sed si restituitur vt recuperet vnam rem: tunc non tenetur creditoribus respondere: quia es alienum sequitur totum patrimonium non rem singularem: vt. s. de hered. institu. l. quotiens. ꝛ. ff. ad trebel. l. j. §. si heres.

Utor filiorum. In. l. ista dicit. Quidã fuit tutor quorũdaz pupillor ꝛ eor tutelaz gessit ꝛ male. postea tutor ob crimẽ a se ppetratuz in metallũ dãnatus est: ꝛ sic bona sua cõfiscata fuerũt. deinde tu successisti iure ciuili illis pupillis quor ille tutor fuit. cum iste tutor non fuit restitutus in integrũ sed veniaz pene criminis ꝯsecutus est: nũquid tu qui successisti pupillis poteris agere tutele actiõe cõtra tutorez? Certe nõ. sed contra ipsuz fiscũ ad quez bona peruenerũt erit agẽdũ actione tutele. Tex. bonor poss. sub. ꝫ tabulas: vt q2 ab illis pupillis fuisti scriptus heres: vt. s. de bo. pos. ꝫm tab. l. vl. Uel dicatis bonorũ pos. s. vnde agnati vel vnde cognati. vt. ff. vnde cog. l. j. vel dicatis bonor pos. scilicet vnde le. que habz locũ vbicũqz aliquis. l. vel se. con. ad successionez vocat. vt. ff. vñ le. l. ij. in fi. Tex. fit. sub. ille tutor. Tex. non tenetur. sub. ꝛ h illa ratione: q2 non recuperat bona q2 fiscus tenet: vt. ff. de capi. di. l. tutelas. §. vlt. Tex. recuperauit. sub. quia tunc tenetur creditoribus respondere.

I ademptis. In. l. ista not. ita casum. Quidam accessit ad principẽ: ꝛ corã eo talem proposuit qõnem. Domine habebã multos creditores. fui in insulaz deportatus bonis adẽptis. ꝛ ita certuz est ꝙ bona mea fuerũt cõfiscata. postea mihi pena deportationis remissa est: nũquid pristinas actiones quas habebaz ꝯtra debitores meos recupero? aut remanebũt apud fiscuz? Respondet imperator si indulget tibi sola pena: sola pena tibi remissa est. vnde actiões quas habebas ꝯtra debitores tuos nõ recuperas: immo remanẽt apud fiscũ: ꝛ pcur. fisci eas intẽtabit. Tex. cõi. Quid vult hoc dicere? Respondeo est indulgẽtia singularis. est cõis siue generalis. Indulgentia singularis est qñ deportatus per se vel interpositã personaz supplicat principi ꝛ dicit. dñe imperator miserere mei non intueamini peccata mea: sed natales meos. vñ imperator dixit inspectis natalibꝰ tuis indulgeo tibi veniã pene. ꝛ hec est singularis indulgentia: q2 certe psone indulget. Est cõis siue generalis indulgẽtia qñ ob sobolẽ natã principi: vel q2 victoriaz habuit de inimicis: dicit imperator nos gaudemus: bonũ est ꝙ oẽs gaudeant: vnde remitto penã omnibus deportatis in insulam. hec est cõmunis siue generalis indulgẽtia: quia non indulgetur certe persone: sed omnibus. ꝛ ista solummodo remittit veniam pene vt hic. ꝛ. j. eo. l. generalis ꝛ. s. de generali aboli. l. vlti. Tex. habuisti. sub. tempore depor. Tex. publicatorum. sub. ꝛ ita apud fiscum. Tex. prestentur. sub. q2 non sunt reddita bona ei. sed secus si esset restitutus in integruz: vt. s. e. l. j. dixi.

N insulam. In. l. ista dr. Si filiusfami. fuit pter crimẽ publicũ in insulã perpetuo deportatus: ꝛ sic desijt esse in potestate patris: postea ex indulgẽtia imperatoris domini alexandrini restitutus est: recuperat ciuitatẽ ꝛ dignitatem: non tamẽ in patris potestatem reuertitur. Tex. deportato. sub. ob crimen publicum: puta propter falsum. Tex. exempto. i. liberato. Naz bene scitis ꝙ filius est in potestate patris ꝛ patria potestas ẽ iur ciuilis: vt insti. de patria po. in princi. si filius deportatur perdit familiaz vt hic. Tex. si postea ex indulgentia. sub. vel ex restitutione. ꝛ sic soluam quoddam contrarium. vel dicatis si postea ex indulgentia: scilicet pene. ¶ Or segnori h videtur mirabilis lex. nã hec l. innuit ꝙ si filius deportatur ꝙ liberetur a patria potestate. si restituatur recuperat primã dignitatẽ sed in patris potestatez nõ reuertitur. sed videtur contra. nam si pater deportatur perpetuo in insulaz: ꝛ pater restituit: videtur ꝙ liberi reuertantur in potestatez patris: vt. j. eod. l. vlti. ꝛ institu. quib. mo. ius pa. po. sol. §. restitutis. Ad istud dicitur tribus modis. Et vno modo sic. sophysma puncti tollit dissonantias. vnde soluetis sic. si filius deportatur: efficitur sui iuris. si postea restituitur recuperat patriã: nõ tñ reuertit in patris potestatẽ: idest ipsa restitutio fingit ꝙ die deportationis non fuerit deportatus: ꝛ sic nõ liberatur a patria potestate: vnde in ea nõ reuertit

reuertitur: qz ab ea non discessit. τ hanc solutionē dominus Py. in suis oppositionibus approbauit. sed caueat sibi qz hec rñsio est cōtra. l. j. e. l. vl. qz est inuenire mediū inter diez deportationis τ inter diē restōnis. Vñ dicetis scdo modo τ sic aliud est si pater deportaī: qz filius p patris deportationez efficiī sui iuris. aliud est cū filius deportaī: τ per deportationez efficitur sui iuris. vbi pater deportatur: filius p patris deportationem efficitur sui iuris. Si pater restituitur in cuius fauorem indulgeī restō? Certe in fauorē patris: nō in fauorez filij. igitur pater recuperat filios in sua ptāte. τ sic loquitur. j. e. l. vl. Sed si filius deportatur per hoc efficitur sui iuris: vt. ff. de capi. di. l. vlt. §. vl. τ patria po. est iur. ciuilis. vñ perdit eam si restituitur. fit eius fauore. igitur sibi vtilia restituūtur. scilicet vt recuperet primam dignitatez. sed cuz effectus est sui iuris: non debet reuerti in patris potestatē: quia sic restitutio fieret ad eius damnum τ sibi noceret: quod esse non debet. quia quod fauore alicuius introductum est: non debet retorqueri in eius lesionem: vt. s. de legi. τ consti. l. qđ fauore. τ fm hanc solutionem secure sub. in littera dum dicit si postea ex indulgentia. sub. vel ex restitutione. Unde potestis soluere tertio modo. τ sic iste filius non fuit restitutus: sed solummodo fuit pena remissa cum ista adiectione vt recuperaret primam dig. igitur recuperat primā dig. non autē recuperat ptātem patris. s. vt in eius ptātem recidat. τ p ista solutione est in ar. s. e. l. j. τ ibi dixi.

Generalis. In. l. ista not. ita casuz. Imperator ob rez pspere gestā: vt qz victoriam habuit de hostibꝰ: vel ob sobolez sibi natam vocatis proceribus suis dixit quid possemus facere vt placeret subditis? Dixerūt proceres sui. leue est mittatis litteras vestras φ omnes dānati in metallum vel damnati in exilium possint redire τ vti ciuitate romana. dixit imperator optime dixistis. misit litteras suas: τ omnibus metallarijs τ exulibus penam indulsit. queritur modo quid operetur ista generalis indulgentia? Respondet imperator τ dicit qđ operatur vt liberentur a pena metalli. non autem operatur vt primos honores recuperēt neqz vt desinát esse infames. Tex. generalis. idem est generalis φ cōmunis: vt s. e. l. tutor. dixi. Tex. reditum. s. vt ciuitate romana vtantur. ¶ Et ita no. φ indulgentia impatoris non remittit infamiā: vt. s. e. l. ij. τ dixi. s. e. l. j. Odo.

Frustra. In. l. ista dicitur. Seruus meus ob aliquod crimen fuit in metallum damnatus: τ ita desijt esse seruus meus: postea pena liberatus est: nūquid ille quondam seruus meus reuertiī in meum dominium? Respondeī φ non: sed remanet fisci. verūtamen si seruus meus habet res aliquas meas τ fiscus tenet eas ego potero agere corā procur. cesaris: vt fiscus mihi eas res reddat. Tex. liberatus. sub. ex indulgētia imperiali. Tex. non patietur. qz esto φ remaneat seruus fisci vt infra dicit: non tamen debet mihi iniuriosus esse. Tex. procurator. s. cesaris: vt. s. si aduer. fis. l. vlti. Tex. mancipium. vt. s. e. l. si ademptis.

Si pater. In. l. ista dicitur. Pater tuus in cuius potestate eras vna cum fratribus tuis fuit in insulaz deportatus. postea non fuit restitutus: sed ex generali indulgentia pena remissa est patri tuo τ fratribus tuis: nunquid tu cum fratribus tuis reuerteris in patris po. Certe non: τ ideo si aliqua hereditas tibi vel fratribus tuis delata est commodum illius hereditatis tibi acquiris: τ fratres tui sibi acquirunt. non autem acquiris patri tuo: vel fratres tui acquirunt patri tuo. Tex. generali indulgentia: vel communi quod idem est: vt dixi. s. eo. l. tutor. Tex. liberatus est: idest pena criminis remissa est. Tex. per vos: idest per te τ fratres tuos. Tex. potuisse. quia ex ista indulgentia generali vel communi non reuertimini in patriam potestatem. secus si esset restitutus. Et soluitur contrarium vno modo. infra eo. l. vltima.

Cum indulgentia. In. l. ista respondet imperator interrogāti vt patet ex. l. subscriptione. Et in. l. ista poniī talis casus. quidā accusauit te de crimine: pēdente ista accusatione iste fuit ob aliud crimen in insulam deportatus. demū iste a pena criminis liberatus est: τ est reuersus ad primam ptātem. tu nimis subtilizas τ dicis. tu accusasti me de crimine τ nō probasti: cōmisisti in turpil. dicit ille. reducas ad memoriā totuz factū. verū est φ ego accusaui te de crimine: pēdente ista mea accusatione fui deportatus: vñ mea accusatio fuit abolita: vñ non cōmitto in turpil. vñ si sum reuersus: abolita mea accusatio nō resurgit: τ ideo tanqz calūniator nō sum puniēdus. Tex. abolita. sub. ipso iure ex sua deportatione. Tex. calūniam. i. infamiam. s. similitudinem supplicij: vt. s. de accusa. l. vlti. ¶ Or segnori dñs Jo. τ Azo de ista. l. faciūt magnū festum. sed ex casu apparet φ nullū festum sit faciēdum: qz hec. l. dicit φ si deportatus reuertiī in patriaz: calūniam. i. infamiā non patiī. ergo infamia remittiī per indulgentiam principis. sed contra. s. de generali abolitione. l. vlti. τ. s. e. l. ij. τ. l. generalis. ¶ Or segnori salua auctoritate eorum nimis subtilizant. Est enim duplex infamia. Est enim infamia que infligitur ob rationez publici criminis: vt. ff. de his qui no. infa. l. j. τ illā infamiam indulgentia principis cū indulgeat penā nō remittit vt in. l. contra. Est τ alia infamia. si accuso te τ nō probo qđ intendo: cōmitto in turpil. τ notor infamia: vt. ff. ad turpil. l. ij. τ. s. de accusa. l. vlti. vnde si accusaui te de crimine τ pendēte accusatione ob aliud crimen suz deportatus: ipso iure accusatio aboletur: vnde non notor infamia: vt. §. de aboli. l. j. τ ita hoc casu non videor calūniatus vt hic.

Casus. In. l. ista no. ita casuz. Tu mouebas mihi qōnem de aliquo fundo: pēdente questione illius fundi fuisti in insulam deportatus: tandez restitutus es in integruz: nunqd eoipso fundus ille erit a me restituendus? Certe non: sed recuperas primos honores. τ ista restitutio ponit nos in eadē briga in qua ante eramus. qz si iste fundus inuenitur tuus: tibi restituetur: alˀs non. Tex. non imutat. qz recuperas primos honores: non autem minuiī questio fundi: qz restitutio τc. vt. s. de repu. que fiunt in iudi. l. vnica.

I deportationis. In. l. ista dr. Si tu fuisti deportatus in insulā τ imperator tibi indulget veniā pene: τ insup adijcit φ vult φ totam tuaz substantiā debes recupare. hoc casu teneris prioribus creditoribus rñdere. Tex. consī. s. deportatus. nā si remittiī pena τ recupat omnia bona rñt creditoribus: vt. s. e. l. si debitor dixi. τ insti. de fideicō. here. §. fiqs.

In qōne testamenti. Segnori. l. ista hꝫ duplicē intellectū. Et vno mō legiī fm Jo. τ Azo. τ fm φ omnes antiqui doctores intellexerūt. l. istam. s. vt. l. ista formet duas qōnes. sꝫ prima nō determinaī in lrā. scda qđ sic. Scdm eos legiī τ intelligiī alio mō h. l. hꝫ φ ego ɔsueui intelligē. s. vt. l. ista ponat duas qōnes τ vtraqz questio determineī in lrā. ego lecturaz cōem pmittā vobis τ fm illā exponam lrām τ glosas adaptabo. Et in. l. ista no. ita casum. Ponamus titius paterfam. habebat filiūfam. puberem in ptāte. accusatus fuit iste titius a seyo de aliquo publico crimine: τ pp istud crimen fuit in insulā deportatus ppetuo cum publicatione bonoꝝ. dū esset in deportatione: filius eius qui remanserat domi fecit testamentū: postea titius deportatus fuit a principe in inte. restitutus vlˀ simpliciter. queritur modo an testamentū factum a filio titij valeat τ teneat an efficiat irritum? Ad istam qōnem dicunt dñs Jo. τ Azo. τ omnes antiqui doctores nō rñderi nec determinari in lrā. Sed qūo determineī dicam in lrā. ¶ Scda questio que determinaī in lrā. est. titius paterfa. habens filium in ptāte vel filium puberem vel legittime etatis vel filium impuberē fuit

deportatus. dum esset in deportatione filius contraxit cum erat legittime etatis. vł filio impuberi datus est tutor. postea pater restitutus est in inte. vel simpliciter. nunc querit vtrum contractus celebrati a filio titij medio tempore dum esset in deportatione sint validi? querit etiaз an tutor datus dū esset in deportatione desinat esse tutor: ꝛ administratio reruз filij patri restituat? Ad qd ridet imperator cōstantinus remotis vulpiani atq3 pauli notis dicēdo ꝛ approbando sententiam papi. veram esse. sc3 ꝙ cōtractus celebrati a filio titij medio tempore: dum titius pater esset in deportatione firmi sunt ꝛ validi si filius erat legittime etatis. sed si esset minor ꝛ esset lesus in cōtrahendo: cōtractus ab eo celebrati sunt inualidi q̄ntum ad effectuз: q2 restituet. nam minores etate quicq3 iur agere prohibent. Ad id aūt qd dicit ꝛ querit quando tutor ei datus desinat esse tutor ꝛ administratio rerū filij patri restituatur: respondet ꝛ dicit si iste titius deportatus qui nunc est restitutus est homo male vite ꝛ inhoneste: est vicioꝝ peccator: est luxuriosus ꝛ pdigus: h tutor datus filio eius impuberi nō desinit esse tutor immo remanet tutor. Ite3 hic tutor non debet deserere administrationē rerum filij. ꝛ si desereret teneret act. tutele. ꝛ incōueniens esset ꝙ talis pater recuperaret administrationē filij. Si aūt pater est bone cōuersationis ꝛ est homo bone vite ꝛ honeste: tūc tutor datus filio desinit esse tutor. ꝛ tunc administratio in bonis filij reddit ei. ne si non redderet ei: tunc patri tristior esset reditus q̄ discessus: qd esse nō debet. Tex. fecisset. hec est prima questio que proponit ꝛ non soluit. Incipit secūda dum dicit remotis ꝛc. Tex. quibus. hucusq3 locutus est quādo filius est pubes ꝛ legittime etatis: nunc loquit quando filius est impubes. ¶ Or segnori sicut pmisi vobis hec. l. habet duplicem intellectum. Et legit vno modo ꝭm Jo. ꝛ Azo. dic vt dixi in casu. modo videamus summariā expositionē littere. Tex. in qōne testamēti qd deportati filius fecisset patre remeante. hucusq3 durat prima questio ꝛ littera legit ꝛ ordinatur duobus modis. Et vno modo sic. in qōne testamenti ꝙ fecisset filius deportati. sub. patre existēte in deportatione. Tex. remeante patre. sub. ꝛ restituto. ꝛ sub. querit ꝛ dubitatur an valeat testamentū vel irritet. Potest ꝛ secūdo modo legi ꝛ ordinari hec littera: ꝛ erit sensus idem. ꝛ sic remeante patre. sub. restituto. in qōne testamenti qd filius deportati fecisset sub. in dubium reuocat an valeat testamētum vel irritet. ꝛ hec questio sicut dixi ꝭm eos non determinat in littera: sed ego eam infra determinabo. Tex. remotis. Hic incipit scda questio. ¶ Or dicatis mihi quid dicebant note vulp. ꝛ pauli? Respondeo pōt dici ꝙ dicebant patre deportato ꝛ restituto: filium non reuerti in ptātem pa. sed pap. sententia placet: que dicit patre deportato restituto: filium in potestatē patris reuerti. ꝛ h indicat littera sequens. Uel potest dici ꝙ ignoramus que essent ille note. s3 eius sentētia ponit hic. sic ꝛ alibi fit mentio de edicto ptoris qd non habemus: vt. ff. ex qbus cau. ma. l. ab hostibus. §. sed ꝙ simpliciter. sic ꝛ alibi fit mentio de lege ꝛ eam nō habemus. s̄. de bo. que libe. l. cuз oportet. §. cum autem. Tex. firmauerat. vt q2 erat maior. xxv. ann. nam legittima etas est. xxv. an. vt. s̄. de his qui ve. eta. impe. l. vlti. secus si esset minor: q2 si lesus esset: restitueret: vt. ff. de mino. l. j. ꝛ. l. ait. in princi. Tex. rata sunt. sub. q̄ntum ad agendum ꝛ excipiēdum: vt. ff. de acqui. re. do. l. statuas. ꝛ. ff. fami. her. l. inter coheredes. §. j. Tex. ne eorum. s. gestorū vel contractuum. Tex. potestate. ꝛ hoc est veruз quando filius esset maior. secus si esset minor: vt infra dicit. minores enim etate ꝛc. ꝛ dicunt minores ꝛc. vt. ff. de mino. l. j. §. j. Tex. prohibentur. sub. q̄ntum ad effectum: q2 lesi restituunt: vt. ff. de mino. l. j. ꝛ. l. ait ptor. in princi. ꝛ. s̄. de in inte. resti. l. minoribus. Tex. quibus. s. filijs ꝛ facit transitū de singulari ad plurale. ꝛ tale no. ff. de transac. l. qui cum tutoribus. in fi. Item. s̄. locutus est de filio deportati qui erat pubes. hic incipit tractare de filio deportati qui erat impubes. Tex. vt ab officio suo. scilicet tutele. Tex. regresso. i. reuerso. Tex. eo. s. patre. Tex. sed etiam officium suum. s. paternum. Tex. vt eoruз. s. filioꝝ. Tex. ꝛ augeat. sub. pater qui est legittimus administrator filij: vt. s̄. de bo. ma. l. j. Tex. nam si. q. d. hec que dixi habēt locum si persona patris est honesta. secus si est inhonesta: vt subijcit. Tex. non est eorum. s. filiorum. Tex. fugiat. s. pater. Tex. prestet. sub. tutor si recedat a tutela vel ab administratione. Tex. diminuat. idest aggrauet quasi aperte dicat. non facit hec sententia deportationis vt pater filios in potestate non recuperet nec administrationem bonorum ipsorum filiorum: sed ipsius prodigalitas impedit eum ne filios recuperet in potestate nec eoruз bonoruз administrationem recuperet. Tex. quē. s. patreз. Tex. si cōparata morum integritas. s. ꝛ honestas vite. Tex. natura. sub. q̄tum ad patriaз potestatē: quā recuperat pater. Tex. vti officio. s. administrationis rerū filiorū. Tex. ei. s. patri. Tex. tradenda sunt. sub. q2 est legittimus administrator. Tex. que. sc3 gubernatio. Tex. luctuosior. i. tristior. Tex. q̄ discessus. sub. patri qd eē non d3. Tex. indulgentia. s. imperialis. Tex. snia. sc3 deportationis. Tex. recuperatio. sub. vrī filij in potestateз patris reducunt. Tex. ꝛ filij. sub. hoc casu reuertuntur in patris potestatem. Tex. officijs. i. obsequijs. Tex. vt libertatē. i. relaxationem a patris potestate. Tex. non dānationis. i. deportationis. Tex. sed leuitatis paterne. i. beniuolētie. Tex. testeз. habeant. sub. filij hoc casu. ¶ Or segnori ex. l. ista colligunt plura no. Et primo not. si filio impuberi datus est tutor ꝛ deportatus est in integrū restitutus a principe: si pater deportatus est male fame: tutor datus illi filio impuberi non desinit esse tutor qd est mirabile. s. ꝙ qui in potestate patris est habeat tutorē. sed regulariter contra. vt insti. de tutel. in princi. ꝛ. s̄. de cur. fu. l. vlti. ꝛ ita peccator est seruus peccati: ꝛ ideo q2 peccator videtur potius cōsuetudini q̄ emendationi deputasse: vt ar. s̄. de epi. au. l. iij. in fi. ꝛ. s̄. de ser. fugi. l. quicunq3. ꝛ q2 qui semel est malus semper presumitur malus: vt. ff. de accu. l. sicut. §. ijsdeз. sed si pater restitutus est bone fame: tutor filij impuberis desinit esse tutor. ne si non desineret esse tutor: patri tristior esset reditus q̄ discessus qd esse non debet. ꝛ ita habetis ꝙ gaudium non debet in tristiciaз reuerti. q2 si tutor non desineret esse tutor: patri gaudiuз restitutionis non conuerteretur in gaudum: imo conuerteret in tristitiam. sic ꝛ nō debet esse alicui officium suum damnosum: vt. ff. de furtis. l. si seruus. §. quia vero. sicut ꝛ eadem absentia non debet alicui prodesse ꝛ obesse: vt. ff. ex quibus cau. ma. l. j. ꝛ q2 ex eodem facto ꝛc. vt. ff. de inter. ꝛ rele. l. relegatorum. ꝛ. s̄. de here. ma. l. curiales. in fi. ¶ Ite3 no. hic ꝙ pater vilis conditionis est pater quo ad quid ꝛ quo ad quid non. quo ad hoc pater vilis conditionis est pater vt honoretur: vt. ff. de obsequijs. l. parens. ꝛ. l. honori. sed quo ad hoc si est vilis pditionis: nō est pater vt administret vt hic. ꝛ ad hoc est argu. ff. so. ma. l. si cum dotem. §. eo tempore. Item nec in moribus est pater. ¶ Or segnori ad. l. istam opponitur. hec. l. dicit si filius deportati contraxit dum esset legittime etatis: patre restituto contractus remanet firmus. ne si non remaneret firmus sequeretur ꝙ non esset sui iuris vel esset in patria potestate. ꝛ sic aliquid esset in pendenti quod esse non debet. Sed. l. dicit ꝙ aliquid est in pendenti. ecce si pater relicto filiofami. domi capitur ab hostibus: interim status filij est in pendenti: quia patre reuerso fingitur retro in patris pote. fuisse. sed patre mortuo fingitur sui iuris fuisse: vt institu. quibus modis ius pa. po. sol. §. si ab hostibus. ꝛ. ff. ad mace. l. j. §. si pendeat. Item aliquid est in pendenti. ecce si seruus in quo habeo proprietatem ꝛ tu vsufructum emit aliquid ꝛ non numerauit precium: est in pendenti cui quesierit dominium: quia si soluit de pecunia mei proprietarij: mihi querit dominium. si soluit de pecunia tui vsufructum tibi querit: vt. ff. de vsufruct. l. sed ꝛ siquid stipuletur. §. interdum. Ad quod potest dici dupliciter. Et vno modo sic. nihil est in pendenti inspecto tempore presenti vel preterito: sed futuro tempore inspectō. sicut est nauem venire ex asia vel non vt hec probantur ff. de iniusto rup. ꝛ irri. testa. l. cum in secundo. ꝛ. ff. si certum petatur. l. cum vero. ꝛ. l. itaq3. ꝛ. ff. de verbo. oblig. l. conditiones. ꝛ. l. sub conditione. Uel potest dici nihil est in pendenti inspecta natura insita rebus ac diuina potentia. sed considerata imbellicitate nostra: multa sunt in pendenti: vt. ff. si cer. pe. l. itaq3. ꝛ. l. respiciendum. vnde h presenti tempore inspecto ꝛ pterito non pendet status eius, q2 certū est deportatione patris filium sui iuris effectū: vt insti. quibus mo. ius pa. po. sol.

po.sol.§.cum autem.Sed denuo oppo.na3 h' dicitur q pa
tre restituto filij reuertunt' in ptátem.S3 videt' ɔtra.ꝛ videt'
q remittat' sola pena:vt.s.e.l.si ademptis.ꝛ.l.insulā.ꝛ.l.ge
neralis.ꝛ.l.si pater.Ad qd quidam dixerunt.qd illis.ll.dici
tur:presenti.l.corrigitur:q2 nō est nouum ꝛc.vt.ff.de le.ꝛ se.
con.l.non est nouū.que solutio nō placet:q2 legu3 correctio
est vitanda inquātum de iure vitari pōt: vt.s.de ap.l. preci
pimus in fi.ꝛ q2 qd non mutatur:quare stare prohibetur:vt
s.de testa.l.sancimus.Alij voluerūt dicere secūdo modo ꝛ
sic.cum pater restituit':q2 aut dicit imperator restituo te in te
integrū ad omnia.vel dicit restituo te in inte. aut dicit sim
pliciter te restituo.primis duobus casibus filij redeūt in po
testatem patris.in tertio casu remittitur pena:sed filij nō re
deunt in potestatem patris vt in.l.contra.sed hec solutio si
militer non est bona:quia verbum.restituo.habet perfecta3
significationem: vt.ff.de vsuris.l.videamus.§.in fauiana.ꝛ
ideo ad omnia intelligitur restituere: vt no.s.e.l.j.ꝛ iō vos
dicetis sic.nam aliud est cū imperator indulget veniā pene
criminis generaliter vel specialiter.aliud cu3 restituit in inte
grum.vbi indulget veniā pene:solummodo pena3 videt' re
mittere:non aute3 bona vel liberos vel honores recuperat
vt in.l.contra.ꝛ.s.e.cum patrem.ꝛ.s.de generali aboli.l.vl
ti.Si autem imperator restituit in integrum vel ad omnia re
stituit:q2 verbū.restituo.habet perfectam significationem:
videtur eum in pristinum statum reducere.s.vt recupet bo
na ꝛ q recuperet filios i potestate: vt.s.e.l.j.ꝛ.l.casus.ꝛ sic
intelligitur lex nostra.¶Sed denuo ad.l.istam opponitur.
ꝛ istam obiectionē facio ego hic:quia dominus Azo nimis
perfunctorie ꝛ simpliciter circa materiam istam dixit.nā hic
dicitur.cum filio deportati impuberi datus est tutor ꝛ pa
ter restituitur ꝛ est viciorum seruus:tutor non desinit esse tu
tor.Sed videt' contra. quia filius per restitutionem patris
reuertitur in potestatem patris vt hic dicitur.ergo tutor de
sinit esse tutor:quia existenti in potestate tutor dari non po
test:vt insti.de tu.in princ.ꝛ.s. de cur.fur.l.vlt.in princi.Ad
istud dico duob9 modis.Et vno modo sicut dicit dñs Azo
in summa huius tituli speciale est hic q patre deportato re
stituto:filius reuertat' in patris potestatē ꝛ habeat tutorem
vñ mirabile est q qui est in potestate patris habeat tutore3.
nec assignat aliquam rationē specialitatis: sed potestis assi
gnare talem rationem specialitatis. patre deportato ꝛ po
stea restituto:lex vult prouidere vtriq3 patri vt recuperet
filium in potestate. Item filio vult prouidere cum pater
non est integre fame vt per tutorem bona administrentur.
Simile inuenio alibi. si datur filius in adoptionem: quo
mortuo reuertitur in patris potestatem quo ad quedam:vt
s.de adop.l.vltima.sic dico esse ex predictis filium non esse
in potestate alicuius ꝛ ei dari tutorem.ꝛ sic filio non datur
tutor licet possit ei dari curator:vt.s.de bonis que libe.l.
vltima.§.j. Vel dicatis sicut consueui dicere:ꝛ potestis in
telligere cum eadem distinctione.sicut patre restituto:si pa
ter non est integre fame tutor non desinit esse tutor: ita in
eius potestate non reuertitur propter vtilitatem vite pater
ne.sed quo casu desinit esse tutor:eodem casu filium in po
testate recuperat.Si obijciatur qualiscunq3 sit persona pa
tris etiam licet vilissima:sancta ꝛ honesta debet videri filio.
vt.ff.de obsequijs.l. liberta. Respondeo verum est q̄tum
ad obsequium:licet pater sit viciorum seruus:tamen pater
est ꝛ debet filius ei obsequiu3.ꝛ sic intelligitur lex illa.sed si
pater est seruus viciorum:non est pater q̄tum ad admini
strationem vel q̄tum ad finiendam tutelam vt hic. ¶Sed
denuo instatur hic quomodo filio deportati datur tutor:
cum filio captiui ab hostibus non detur tutor? vt.ff.de tu
to.l.muto in fi.Respondeo.si pater capitur ab hostibus:fi
lio impuberi non datur tutor sed datur cur.bonis. ꝛ sic in
telligitur lex contra.sed filio deportato datur tutor. ꝛ sic in
telligitur hec.l. Et est ratio diuersitatis. captus ab hosti
bus habet spe3 postliminij:vnde non liberatur filius a pa
tria potestate:vnde non datur illi filio impuberi tutor. sed
bonis ipsius capti dabitur curator ꝛ curando bona impu
berem sustentabit.sed deportatus nullam spem habet post
liminij.ꝛ cum restituit' in integrū miraculosum est sicut mi
raculosum fuit lazarum resurgere:vnde datur filio impube
ri tutor:vt insti.quibus mo.ius pa.po.sol.§.cum autem.
¶Nunc segnori circa primam questionē insistamus. Pri
ma questio est.si filius deportati patre existente in depor
tatione fecit testamentum: patre reuerso ꝛ restituto in du
bium venit:an remanebit testamentum validum:an irrita
bitur?Et dixerunt Jo.ꝛ Azo ꝛ omnes antiqui doctores q
ista questio non determinatur in littera sicut dixi. Sed cir
ca eius determinatione3 triplex fuit opinio. Prima opinio
fuit Jr.Secunda opinio fuit Bul.Tertia opinio fuit Jo.
ꝛ Azo. Et dixit Jr.si pater alicuius puberis fuit depor
tatus ꝛ filius fecit testamentū ꝛ pater eius est restitutus:te
stamentum qd fecit filius in sua firmitate remanet ꝛ valet ꝛ
tenet.ꝛ hoc dicit tali ratione motus:q2 littera huius.l.dicit
remotis vlp.ꝛ pauli notis: pap.sententia approbata vt va
leant facta medio tēpore p filiū si est legittime etatis. vnde
valet testamentum:quia generaliter ab eo gesta medio tem
pore rata sunt siue gesta sint in contrahendo siue testando.
vnde generaliter debet intelligi argu.ff.de le.pre contra ta.
bonorum pos.petita.l.j.§.generaliter. Item vbi.l.nō distin
guit:nec nos distinguere debemus:vt.ff. de publi.l.de pre
cio.ꝛ.ff.de offi.pre.l.iij.in fi. Item littera ista dicit sicut di
xi q omnia gesta per filiu3 medio tempore rata sunt:ꝛ sic te
stamentum validum esse debet:q2 indefinita equipollet vni
uersali:vt.ff. de seruitu.vr. pre.l.si seruitus.ꝛ.ff.de rebus
du.l.is qui ducenta in fi.Item ꝛ alia ratione dicebat Jr. q
hoc testamentum valet.quia si pater est deportatus:filius fa
ctus est sui iuris:vt insti.quibus mo.ius pa.po.sol.§.cū au
tem.vnde si est paterfami.ꝛ est testatus:valet testamentu3 ꝛ
casus non viciat: vt.ff.de itinere actuq3 priua.l.j. in fi.ꝛ.s.
de admini.tu.l.cu3 quidā.¶Or segnori opinio dñi Jr.nō
est bona:quia licet littera istius.l. dicat q omnia gesta per
filium medio tempore remanent firma si filius est legittime
etatis:non tamen sequitur q testamentū valeat si pater re
uertitur ꝛ restituitur.nam est intelligendū gesta per eū ꝛc.s.
contrahendo non testando:quia verba.gerere.contrahere.
non pertinent ad ius testandi:vt.ff.de verbo.sig.l.verba ge
rere. vnde qd dicitur in auc. sacramenta puberum. que est
signata.s.si aduersus ven.auc.sacramenta puberu3 sponte
facta super contractibus rerum suarum ꝛc.referimus ad cō
tractus puberum non ad testamenta. nam si pubes faceret
testamentum ꝛ iuraret non venire contra:posset tamen ve
nire cōtra:quia nemo potest sibi imponere.l.a qua discede
re non possit: vt.ff. de le.iij.l. siquis in prin.testamenti.sic ēt
ꝛ verba relinquendi non pertinent ad ea que fiunt inter vi
uos:sed ad ea que fiunt in vltima voluntate: vt.ff. de tab.
exhi.l.j. Secunda fuit opinio Bul.magistri domini Jo.ꝛ
fuit talis.si filius deportati fecit testamentum:patre reuer
so filius reuertitur in potestate3 patris:vt.s.e.l.si pater.igi
tur patitur minimam capitis diminutionem:igitur mutat fa
miliam:vt.ff.de ca.dimi.l. vlt... a.si mutat familiam:patitur
minimam capitis diminutionem:igitur irritatur eius testa
mentum ꝛ non valet.ꝛ ideo si paterfamil.facto a se testamē
to dat in arrogationē se:irritatur eius testamentum:vt insti.
quibus mo.testa.infir.§.alio quoq3.immo alium miraculu3
est.quia si paterfamil.facit testamentū:ꝛ ipsi impuberi facit
pupillarem substitutionem: quod facere non potest: vt si
mortuo patre dat se in arrogationem: pupillaris substitu
tio irritatur: vt.ff. de adop.l.nec enim .§. item eorum. ꝛ .l.
seq.Item ꝛ alia ratione dicebat dominus Bul.non valere
testamentum factum a filio deportati patre reuerso:q2 esto
q tempore ordinationis testamenti potuerit iste filius te
stari quia sui iuris:tamen tempore mortis filij quia inuenit'
in potestate patris non potuit testari:ꝛ ideo eius testamen
tum non valet:quia testamentum post mortis testantis su
scipit vires vel deficit: quia illud tempus consideratur:
possit quis testari vel non quod patet ex diffinitione testa
menti:quia testamentum est nostre voluntatis iusta snia de
eo quod post mortem nostram fieri volumus.vt.ff.de te.l.j.
Item dicebat Bul.aliud est in testamentis q̄ in alijs ge
stis per filium. quia regulariter filiusfami. potest gerere
ꝛ contrahere ꝛ obligatur tanq̄ paterfamilias in omnibus

casibus. vt.ff.de act.& ob.l.filiusfami.&.ff.de iudi.l.tam ex cō-tractibus.s.qd cum eo qui in alie. pote.esse di.l.filiusfami. Regulariter ideo dixi.q2 fallit in duobus casibus: vt in mutuo & in voto reipubli.in quibus licet naturaliter & ciuiliter obligatur: sed ope exceptionis eximitur.vt.ff.ad mace.l.j.& ff.de polli.l.siquis.in princip. Item reipub.ideo dixi: q2 si filiusfamilias voueat deo obligatur:vt.s.de epis.& cle.deo nobis.testari autem non potest filiusfamilias etiam patre consentiente:vt.s.qui te.fa.pos.l.senium.&.ff.de dona.causa mor.l.cum his. Non est ergo mirum si gesta per filium medio tempore valent:& non testamentum:q2 in patris presentia potuit gerere & contrahere: & rata essent vt dixi: sed testari non.

¶ Or segnori circa examinandam opi.domini Bul. dominus Jo.multum se inuoluit.& dixit bene in quattuor locis in l.ista ita dixit Bul. ita probat Bul.hec.l.suadet sicut dixit Bul. Sed dnis Joā.& Azo.nō placet opi.Bul.q2 pōt existere casus:vt patre restituto filius non patiatur minimam capitis diminutionem.nam ecce si patre deportato filius fecit testamētū & decessit:& postea pater restitutus est hic quando irritatur testamentū capitis diminutione:cum hoc erat sui iuris tempore deportationis & tempore conditi testamenti & testabilis: nec queritur hic q sit quasi iniustum:vel q ruptum sit agnatione posthumi:vel q testamentum aliud factum sit: quia his modis rūpuntur testamenta.vt.ff.de iniusto rup. & irri.testa.l.j.& ideo in questione ista queritur vtrum:scilicet testamentum quod filius fecerit patre deportato valeat vel nō? Dominus Joā.& Azo.dixerunt & tertio modo vtendo diuisione tali.nunc approbando opinionem Ir.nunc approbando opinionem domini Bul.& distinxerūt sic.si filius deportati fecit testamentum an valeat vel non patre reuerso: distinguo.quia aut iste filius qui fecit testamentū patre deportato moriatur ante reuersionē patris & restōnē patris:& hoc casu valet testm̄:q2 vtroq3 tēpore.s.conditi testamēti & tēpore mortis inuenitur sui iuris & capitis diminutione non irritatur. iuxta illud.qd ab initio legittime factū est superuenienti delicto mutari non pōt:vt.s.de admi.tut.l.sancimus.&.ff.de itinere actuq3 priuato.l.j.in fin. & hoc casu vera est snia Bul. Si autem filius deportati fecit testamentum & patre reuerso & restituto decessit filius:irritatur testamentum:quia tempore mortis inuenitur alterius: & testamentum ca.di.irritatur. vt in sti.quibus modis te. infir.in prin.&.§.alio quoq3.&.§.non tantum.vnde quia irritatum est illud testamentum mortuo filio: nihil ex illo testamento debebitur.& ita legitur hec.l.fm eos:scilicet vt ponat duas questiones.& primam non determinat.scdam sic. Ego tamen consueui aliter dicere.& mihi videtur q ista non sit mens huius.l. istud videtur mirabile q hec.l.proponat duas questiones.& primam questionem non determinat.secundam sic. Ego non inuenio istud.l.verum est q dicimus ista questio nō videtur plene determinata: immo inuenio cōtra.q2 pollicetur nobis iusti. leges claras & dilucidas.& ideo non est verisimile q ponat qōnem & non determinet.vt.s.in probe.de nouo.C.faci.ibi quibus &c.&.s. d iusti. C.confir.&.s.de emē.C.iusti.&.s.de veteri iur enu.l.ij. Item q2 imperator dicit nil est tam proprium q̄.l.claritas.vt in cor. auc.de testamentis.§.j. Preterea istud dicere q proponeretur questio & non determinaretur:esset calumniari verba huius.l.q2 exprimunt alium intellectum q̄ ipsi dixerint:& verba l.non sunt calūnianda.ff.ad exhi.l.penul. Item videtur aliquatulum a littera discedere: & in dubijs non est a verbis discedendum :nisi contra. appareat.vt.ff.de lega.iij.non aliter. ff.de exercito.l.j.§.si is qui nauem. Unde ego dico q due proponuntur questiones in littera huius.l.& clare determinantur in littera.& prima questio durat vsq3 ibi quibus si dānato patre &c. & ibi incipit secūda questio & durat vsq3 in fi.

Et prima questio est talis. sicut dicit littera.titius paterfa. fuit in insulam perpetuo deportatus: relicto filiofami. idest qui erat in potestate eiusdem.postea titius fuit restitutus & reuersus. patre reuerso filius fecit testamentum celebrauit contractus & hoc innuit littera : dum dicit in questione testamēti qd deportati filius fecisset remeante patre: nūc queritur vtrum testamentum illud valeat: & alia gesta valeant? Et respondet remotis vlp.& pauli notis q placet valere sniam papi.qui dixit q patre deportato restituto & reuerso: filius redeat in potestatem patris. igitur non potuit postea testari: & ideo eius testamentum non valet.sed alia gesta:idest cōtractus celebrati ab eo bene valent: si erat legittime etatis. sed si minor esset posset restitui:q2 filiusfa. in omnibus casibus obligatur excepto mutuo & voto. Secūda questio non mutatur. vnde eam hic dicatis vt primo dixi. & q hec sit mens huius.l. & q hoc aperte dicat littera huius.l.videte in questione testamēti qd deportati filius fecisset remeāte patre &c. aperte ergo dicit hec littera q filius deportati patre reuerso fecit testamentum.nec habemus necesse facere vim littere vt dixi in prima lectura & potestis legere dupliciter: vt dixi i prima lectura. Tex.vt in patris:scilicet reuersi. Tex.sit filius in potestate.sub.ergo testamentum qd postea fecit non valet. quia filiusfamilias est intestabilis vt infra dicam. Tex.ita tamen vt gesta.sub.a filio contrahendo etiam patre reuerso. q2 filiusfamilias in omnibus obligatur preterq̄ in mutuo & in voto.vt.ff.ad mace.l.j.&.ff.de iudi.l.tam ex contractibus.&.ff. de polli.l.siquis in princ. Tex.prohibetur.sub.q̄tum ad effectum.q2 si minor est & est lesus: restituitur:vt.ff.de mino.l. deniq3. Tex.quibus. Hic incipit secunda questio.

¶ Or segnori dicet mihi aliquis vestrum. hec.l.dicit q titius paterfamilias fuit in insulam perpetuo deportatus &c. dic vt dixi modo in casu.sed que erat ratio dubitationis hoc casu in.l.ista cum leges sint expresse: que dicunt filiumfami. non posse testari etiam patris voluntate:vt.s.qui te.fa. pos. l.senium.&.ff.de dona.causa mor.l.tam his.§.j.&.ff.de lega.j. l.sciendum? Respondeo ratio dubitationis erat illa: quia patre deportato filius est effectus sui iuris semel vt institu.quibus mo.ius pa.po.sol.§.cum autem.ergo si est semel effectus sui iuris videbatur patre restituto :filium non posse honeste in patris potestatem reuerti.vt.ff. de adop.l.qui liberatus.& l.sequen.&.ff.de his qui sunt sui iur vel alie.l.vlt. Item quia omne donum.l.debet esse perpetuum.vnde dicit.l.si lex facit filium sui iuris amplius in potestatem patris non debet reuerti si ingratus non est:vt in auc.hec constitutio que liberat filios a pa.po.§.illud.Et hec erat ratio dubitationis huius l.hoc casu. Sed non est ita.& quare non? audite.cum paterfamilias deportatur: & ipse moritur ciuiliter.vt.ff.de bo. liber.l.si necem.& no.ff.de contra tab.l.j.§.quidam. quia moritur ciuiliter perdit familiam : vnde filius efficitur sui iur cum patria potestas sit iuris ciuilis. vt institu.de pat. po.in princip. & patre restituto reuertitur filius in patris potestatem. ergo cum patre reuerso testatur : non valet testamentum. Nec obstat qd dicitur. si filiusfamilias est effectus sui iuris in patris potestatem non reuertitur : nisi per adoptionem:inhoneste tamen sic vt per ingratitudinem:vt.s.de ingra.li.l.j. Item hoc est verum si liberatus est a patria potestate voluntarie : idest per emancipationem.sed cum pater deportatur:filius liberatur a patria potestate patre inuito. vnde qd abstulit patri pena deportationis :scilicet q eo inuito liberetur filius ab eius potestate: eidem concedat restitutio:scilicet vt filius reuertatur in eius potestatem. vt in fi. huius.l. Si opponas donum.l.esse debet perpetuum? Respondeo aut.l.donat mihi in priuilegiū fauoris mei causa q sim mei iur.aut donat mihi in priuilegium odij alterius causa.si donat mihi in priuilegium q sim mei iuris causa mei fauoris. verbigratia. sum filiusfamilias: efficior episcopus: efficior prefectus pretorio: causa mei fauoris efficior mei iuris : deposita dignitate non redibo in potestatem patris. & ita loquitur ista constitutio.sed vbi liberor a patria po.odio alterius: vt est si pater deportatur: non mei fauore liberor. vnde ibi est si tollatur illud odium vt qd pena deportatiōis abstulit sibi : id restitutio sibi concedat vt indicat finis huius.l. nam & filius als redit in potestatem patris:vt si filium meum do in odoptionē auo materno:liberatur a patria po. filius per talem adoptionem. sed si ipse auus postea emācipat eum : redit in potestatem mei patris naturalis :vt.s.de adop.l.penul.§.si vero. Scio tamen q dns franciscus opposuit alberto filio meo ita.ista opinio nō immutat ius. Itē l.dicit institu. quibus mo.ius pat.pote.soluit.§.cum autem q filius reuertitur in patris potestatē & determinat ibi.cur

ergo lex

ergo lex ista ponit iam positũ? cum lex ista fuerit facta ante secũdam edictioné.l.C.Segnori leuis est respõsio ⁊ statim ꝙ ius non imutat̃ prima est falsa ꝫm primam lecturam quo modo determinat̃ illa questio ꝫm Jr.ꝙ testamentuȝ valeat. sed ꝫm istam lecturam dicimus ꝙ non valet.sed ꝫm lecturam Bul.valuit ab initio: sed irritatur ex post facto.sed ꝫm istam non valet ab initio ꝫm Azo.immutatur ius: qꝛ valuit ⁊ irritatur.sed h̃ ab initio non valuit: igitur ius immutat̃. vel esto ꝙ non immutaretur ꝙ idem esset in ista lectura qd̃ in prima: tamen hec lectura determinat primã questionem non autem.§.ille.cum autem.quia non dicit ibi de materia ista.immo dicit.si pater est deportatus ⁊ restitutus recuperat filium in potestate.sed tamen non dicit. si filius fecit testamentum quid iuris sit? vnde hanc lecturam puto esse veram ⁊ amicam littere.⁊ si videretur alicui indubitabilis: respondeo.probatur dubitabilis per auc̃. vt hec constitutio. que liberat filios a patria ptãte: ⁊ per.l.liberatus. Ultimo ergo formo questionem taleȝ ꝫm primam lecturam. erit eadem questio in filio capti ab hostibus? pone pater captus est ab hostibus ⁊ interim filius fecit testamentum.erit eadem distinctio vt dicebat Azo? Et certe videtur idem.s. ꝙ sit eadem distinctio.⁊ quare idem? quia vterqꝫ moritur ciuiliter: vtꝰ insti.quibus mo.ius pa.po.sol.§.cum autem.Econtra videtur ꝙ non.quia filio deportati datur tutor vt hic.filio autem capti ab hostibus non datur tutor: sed datur curator bonis: vt.ff.de tuto.l.muto in fi.In hac questione ita dico.esto ꝙ opinio Jo.⁊ Az.sit vera dico ꝙ eadem distinctio que fit in filio deportati non fit in filio captiui: vt argu. ff.de captiuis ⁊ postliminio reuer.l. ꝙ filius.⁊.ff.de legi.here.l.si pater.Et est ratio: quia deportatio liberat filium a patria po.vt in preal.§.cum autem. igitur si filius liberatur a patria potestate deportatione patris: merito interim poterit testari. Sed si pater capitur ab hostibus propter spem postliminij non liberatur a patria po.vt in preal.l.muto in fi.igitur non potuit testari: ⁊ patre reuerso semper fingitur in potestate patris fuisse per.d.§.cum autem.igitur siue decedat patre reuerso de captiuitate siue ante: eius testamentum non valuit.¶Or segnori debemus regratiari deo ⁊ beate virgini matri eius ꝙ hunc librum compleuimus.⁊ si tarde incepimus: tarde finiuimus propter interdictuȝ huius ciuitatis que erat interdicta occasione obsidum quos habebat dominus castellanus de andolo.vnde incepimus in vigilia omnium sanctoruȝ istum librum: qd̃ non vidi fieri al's: nisi in eo anno in quo decessit dominus Azo.qꝛ amore sui fuit tardatum studiũ vsqꝫ in festũ omniuȝ sanctoruȝ. ⁊ audiui ab eo ꝙ non infirmabatur nisi in diebus vacationis: ⁊ ita tempore vacationis mortuus est.Sed dicebat ꝙ quando legebat: semper erat bone voluntatis.

¶Habetis iurium professores amplissimi optatum finem Lecture eximij antiquiqꝫ legum interpretis Odofredi in noueȝ libros Codicis.Hanc nouam impressionem pulcherrimis caracteribus decoratam: reliquis emendatiorem: nunc vobis exhibet. Impressum in oppido Tridini dñij Illustrissimi ⁊ inuictissimi dñi dñi Gulielmi Marchionis Montisferrati.Impensis dñi Joãnis de ferrarijs al's de Jolitis: ac dñi Girardi de zeijs predicti loci.Anno natiuitatis domini nostri iesu xpi. M.cccccxiiij. die .xxx. Mensis Januarij.

Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z ⁊ ɔ ꝶ.

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu xx yy zz ⁊⁊ ɔɔ ꝶꝶ.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T Omnes sunt quaterni preter A ⁊ B sup sexto qui sunt terni.⁊ T super nono qui est duernus.

Finis.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm